

ad sic candum. a d cuius tactum mox macula sanguinis apparuit. Quia vi  
sa custos itez corporale lauit. et macula abluit. sed mox vt iuuenula ma  
num apposuit. mox eadez apparuit. Delatum est miraculum ad magistrā  
in iuncte sunt orōnes reuelata est causa. queſita est et inuenta. Ifuerat em̄  
impregnata occulte. et ideo tactu corporalis indigna. Quantū deo mun  
de manus placeant ad idem ministerium sequens declarat exemplum.

**Item de corporali quod godeſcalcus in exiccatione rupit et diuina vir**

**Ca. lxxij. tus reparauit**

**G**odeſcalcus de volmuntſteyne cuius supra memini. cū die qua  
dam corporale cum ſacriſta noſtro extendiſſet ad polliendum.  
illud qz p mediū rupiſſet. cuſtos illd aplicans in theca reſoſuit  
Poſtea aut̄ illud explicans cū integrū repperiſſet mirat⁹ eſt val  
de ſanctitati predicti ſacerdotis illud aſcribens. Quantū gratie in exicca  
tione vnius corporalis meruerit virgo de **Quiden hēs. ſ. in diſtinctiōe .**  
**vij. ca. xx.** Igitur paſcha noſtr̄z immolatus eſt xp̄us. Ip̄e enim verus eſt  
agnus qui abſtulit peccata mundi. Sine eſu huius agni ſecuri non egredi  
emur de egipto. id eſt de hoc mūdo. **D**ifferencia et modus cōmeſtionis v̄  
tilata ſunt. ſic illū comedere ſtudeamus vt eius virtute de deſerto n̄re re  
ligionis peruenire valeamus in terram vere promiſſionis in qua per ip̄m  
et cum ip̄o vltimū et eternū paſcha celebrare mereamur. Amen.

**Incipiunt capitula diſtinctionis Decime.**

**Q**uid ſit miraculū. a quo vel a quibus fiat ſeu in quib⁹ que etiā ſit  
cauſa miraculoz. ca. primū. **D**E Winando qui infra vnā horā  
ab h̄r̄m translatus eſt in dyoceſim leodiēſem. ca. ij. **D**E mo  
nacho ydeo ta qui in ſomnis accepit ſcientiam predicandi. ca. iij. **D**E  
clerico qui p minutionē ſcientiam litteraz p̄didit et ruruſm accepit eandē  
anno reuoluto ſanguinē minuendo. ca. iiij. **D**E conuerſo eberbachenſi  
cuius tactu infirmi ſanabant. ca. v. **D**E monacho ſtempore tempaliū  
cuius tactu veſtimētoz infirmi ſanabant. ca. vi. **D**E ruſtico in heymerſ  
bach ſornaci incluſo et p ſanctū **J**acobum liberato. ca. viij. **D**E abbate  
qui in caritate a monacho ſuo am̄monit⁹ carnes comedit. ca. viij. **D**E  
monacho qui carnē fetidaz cepit comedere cū abbati ſuo obedire noluit  
ad eſū carnū. ca. ix. **D**E femina a demonio liberata et ab eodē ob ino  
bediētiā ſfracta. ca. x. **D**E demone que albert⁹ de ſcodehart iocularit̄

eiecit. ca. xi. **D**E theoderico milite de rulant qui in fluxu sanguinis laborans saracenos miraculose fugauit. ca. xij. **D**E milite cuius vinea collecta ob perfectionem decimationis miraculose repleta est. ca. xij. **D**E uerso cuius oratione olla fracta miraculose repata est. ca. xiiij. **D**E uerso ob cuius obedientiam pisa in agro siccans miraculose versa est. ca. xv. **D**E sophia abbatisa cui tenuis ceruisia versa est in uinum ca. xvi. **D**E pistri ce blasphemante cuius pasta versa est in fimum. ca. xvij. **D**E ottone de sconberch qui p totam quadragesimam carnes comedit. et post pascha illis uesci non potuit. ca. xvij. **D**E crucifixo apud sanctum goarem vulnerato. de quo sanguis exiuit. ca. xix. **D**E cruce lanceata cui simile origit. ca. xx. **D**E faribus qui in traiceto cruce furati sunt et suspensi. ca. xxi. **D**E matrona que sine dolore peperit cum sensisset in mariti signatione. ca. xxij. **D**E diuisione solis in tres partes. ca. xxij. **I**tem de eclipsi solis et morte philippi regis. ca. xxij. **D**E stella que uisa est colonie post meridiem. ca. xxv. **I**tem de stella maxima que apparuit post solis occasum. ca. xxvi. **D**E tonitruo et fulmine in uigilia sancti mathie. ca. xxvij. **D**e theatro in saxonia fulmiato. xxvij. **D**e sacerdote pro peccata sua a fulmine suscepto. c. xxix. **D**e richwino a prodigiis per tonitruum liberato. xxx. **D**e uidua que mensuras suas ponens contra ignem domum suam ab incendio liberauit. xxxi. **D**e ciue suscipiente cuius uelut robusta est cruce custodita miraculose. xxxij. **I**tem de pomodoro combusto zona crucis que circumligata fuerat illesa. ca. xxxij. **D**e clerico qui a meretrice infamatus incendium non sensit. ca. xxxiiij. **D**e piscatore fornicario quem candens ferrum ob confessionem non lesit. et postea rediuantem aqua frigida obussit. ca. xxxv. **D**e uiatore incendiario quem frigidum ferrum inussit. ca. xxxvi. **D**e crucibus que apparuerunt in frisia tempore predicationis crucis. capitulo. xxxvij. **D**e cruce que apparuit in soterhusen iuxta solem. ca. xxxvij. **D**e alia cruce que uisa est in uilla dotheym in puincia frisie. ca. xxxix. **I**tem de crucibus que uise sunt eodem tempore in uilla helle dozp. ca. xl. **D**e nube que in saxonia cadens multos summersit. ca. xli. **D**e monstro in puero per baptismum fugato. ca. xlij. **D**e pagano apud bilonem baptisato et sanato. ca. xlij. **I**tem de autore huius dyalogi qui beneficio baptismi conualuit. ca. xliij. **D**e cane qui a scolaribus baptisatus in rabiem uersus est. ca. xlv. **D**e richardo rege anglie et periculo eius in mari. ca. xlv. **D**e pressuris que facte sunt nostris temporibus. ca. xlvij. **D**e terremotu in cypro. ca. xlvij. **D**e terremotu in bzira. ca. xlix. **D**e terremotu in colonia. ca. l. **D**e igne qui uisus est de celo in terra comitis de monte. ca. li. **D**e homine de fodina in qua per annum iacuerat obrutus mirabiliter liberato. ca. liij. **D**e homine qui sacramentum cinerum

Dicitur  
trinos  
mens  
ca. l.  
E colom  
doris qui  
solita p  
E aut  
gnant ve  
inter fecer  
E homi  
qui uel  
E buson  
Tem de l  
idone qui  
ca. lxi.  
D  
marona  
git. ca. lxi.  
xi. et per p

D

L

proposit  
decem pla  
raculum  
sum natur  
Appolloni  
sunt deo  
la fuisse et  
non est. De

irridens pulvere suffocatus est. ca. liij. **DE** uerso sepulto et arbore ci<sup>9</sup> meritis scissa. ca. liiij. **DE** puella et filice in signū stabilitatis scisso. ca. lv. **DE** auicula meritis sancti thome epi cantuariens<sup>9</sup> a miluo libeata. ca. lvi. **DE** columbis quibus miles dedit licentiaz auolandi. ca. lvij. **DE** ciconijs quibus cisterciens<sup>9</sup> benedictionē dedit. ca. lvij. **DE** yundines sp solita petant loca. ca. lix. **DE** ciconia ppter adulteriū occisa. ca. lx. **DE** anulo conradi prepositi in esoto reperto. ca. lxi. **DE** aquis in sanguinem versis et de piscibus eaz. ca. lxij. **DE** bubalis qui custodē suū interfecerūt. ca. lxij. **DE** lupa que solarē interfecit in carpania. ca. lxiiij. **DE** homine cuius omnes liberos lupi suffocauerūt. ca. lxxv. **DE** lupo qui puellam traxit in nem<sup>9</sup> vt os de gutture socij extraheret. ca. lxxvi. **DE** bufone qui psecutus est theodericū cognomento cauep. ca. lxxvij. **ITEM** de bufone qui in fiala bibuli sacerdotis repertus est. lxxvij. **DE** bufone qui repertus est sup altare iudeoz cum celebrarent scenophegia. ca. lxxix. **DE** serpente qui vulnus satellitis suxit et sanauit. ca. lxx. **DE** matrona flandrensi que serpentem in orbita bibit et in partu eundem effugit. ca. lxxi. **ITEM** de muliere cui dormienti serpens per os ingressus est. et per partum egressus. ca. lxxij.

**Distinctio decima Incipit capitulum primū****Cesarius**

**N**on sine ratione post sacramentum corporis et sanguinis xpi tractandum suspicor de miraculis. quia qui digne illud conficiunt vel eo participant. nonnunq̄ gloria miraculorum illustrantur. licet enim omnia que in superioribus distinctionibus dicta sunt satis sint miraculosa. attamen in presenti distinctione aliqua de rebus miraculosis dicere proposui. Et bene hoc fieri arbitror in distinctione decima eo q̄ egiptus decem plagis valde miraculose percussa est. **Appollonius.** Quid est miraculum? **Cesarius.** Miraculum dicimus quicquid fit contra solitū cursum nature vnde miramur. s̄m causas superiores miraculum nihil est. **Appollonius.** a quo vel a quibus fiunt miracula? **Cesarius.** Miracula fiunt deo auctore s̄m q̄ in psalmo dicitur. Tu es deus qui facis mirabilia. fiunt etiam miracula. tam per bonos q̄ per malos. **De bonis** questio non est. **De malis** vero saluator dicit in euangelio. Multi dicent michi in

illa die .dñe domine. nōne in nomine tuo prophetauim⁹. et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus? et cetera. vsqz ad illud. Et confitebor illis Quia nunquā noui vos. **Appollonius** Vellem mihi nunc expediri o **Cesari**. que sit causa miraculorū. **Cesarius** Causa multiplex est. mihiqz presertim inexplicabilis. Aliquando deus miracula operatur in elementis vt mortalibus suam ostendat potentiam. Aliquando genera dat linguarum siue spiritum prophecie vt manifestet suam sapientiam. Aliquando gratiam dat sanitatū vt suam magnam nobis reuelet misericordiā. **Appollonius**. Satis ex dictis tuis intelligo deum esse causam miraculorum principalem licet finalis causa varietur. Superest ergo vt q̄ breuiter expedias in quibus fiant miracula. **Cesarius** In hominibus. in elementis. igne scz et aere. aqua et terra. in auib⁹. piscibus. animalibus et reptilibus. Que vt magis tibi fiant nota aliqua de singulis tibi tradam exempla. De sanctis qui nostris fuerunt temporib⁹ miracula plurima tibi dicere possem. sed scripta aliorum silentium imponūt mihi. Aliqua tamen tibi referam vnde satis miraberis. Nostris em̄ contigit temporibus quod sequitur exemplum

**Ca. ii.**

**I**n dyocesi Leodiensi villa que elselo dicitur. laycus quidam habitabat religiosus nomine Winandus matris monachi nostri Winandi a quo nomen traxit auunculus. Adic tempore quodam peregrinationis gratia cum quibusdam prouincie sue hominib⁹ **Iherosolimaz** profectus est. In die pasce cum post solemnia missarum se ad reditum illi prepararent eis qz predictus Winandus vt homo deuotus suaderet dicens. Conueniens est fratres vt in hac sacratissima die quiescētes omnes eius horas pera udiamus. suadere non potuit. Instinantibus eis ad portum ipse remansit omniaqz diei officia illius peraudiens solus post eos die sequenti iter arripuit. Cui persona magne reuerencie illi in equo occurrens atqz salutans ait. Cur sic bone homo solus incedis? Vel vnde venis? Respondente eo. ab iherosolimis venio et sic atqz sic mihi contigit. Ille protinus subiungit. Ascende et sede post tergum meum bene seqmur socios tuos. Quod cum fecisset eadem die iuxta predictam villaz cum deposuit dicens. Cognoscis vbi sis. Dicente illo. prouinciam quidem agnosco sed quid circa me agatur ignoro. Eques adiecit. Quia xpm honorasti idcirco missus sum vt te reducerem. Ecce dom⁹ tua. vade et enarra mirabilia eius que circa te gesta sunt. Quem cum noti eius vidissent. Dixissentqz

distinc  
vbi dicit  
puerum  
in consti  
gratia cel  
lochi eius  
nocum vt  
sequenti  
racula vt  
fiat vidi  
latus est  
bolt. va  
tempore  
raptus est  
im in mo  
rarum  
nis nostri

**B**reueda. Q  
ei respon  
di verba  
euigilan  
sione. die  
colocis  
dei sadum  
certificam  
vsqz hodi  
vt omnes  
bus nullu  
minis scie  
dominus  
miori mi

vbi sunt socij tui? Respondit. hodie fui in iherusalem et reliquerunt me ibidem  
 precedentes me. Et non crediderunt ei dicentes. senex iste delirat. Qui sta-  
 tim conciuum subsanationes declinans. cum pecunia que ei supererat ex  
 gratia celestis conuectoris limina beati Jacobi apostoli petiuit et anteqm  
 socij eius redirent ipse redijt. Duplici ergo testimonio gloriatus peregrini-  
 norum videlicet qd in pascha in iherusalem sit relictus. et conciuuz qd die  
 sequenti in esse lo sit visus ab vtrisque magnificatus est dominus tanta mi-  
 racula vbiqz diuulgantes. **Appollonius.** Si gerhardus de hollenbach.  
 sicut dictum est in distinctio octaua capitulo quinquagesimo octauo trans-  
 latus est in idu tempozis ab india in prouinciam nostram ministerio dia-  
 boli. dei tamen precepto. no hoc miroz de celesti nuncio. Antiqua nostris  
 tempozibus renouantur miracula. Iseltas thesbites per currus et equos  
 raptus est in paradysum. hic vero non minus miraculose per equum et equi-  
 tem in mozula tempozis transuetus est per multa spacia maris atqz ter-  
 rarum. **Cesarius.** Ego tecum sentio. Audi nunc aliqua de personis ordi-  
 nis nostri miracula

Ca. iij.

**R**elatione quorundam abbatum ordinis nostri didici quod iam  
 didurus sum. **Monachus** quidam per visionem nocturnam in  
 celeste templum se transpositum vidit in quo alba et stola indu-  
 tus coram domino euangelium legit. Erat enim dyaconus et  
 sdeota. Qui cum legendi benedictionem postulasset a domino huiusmo-  
 di responsum accepit. Ab hac hora habeas scientiam et virtutem predicandi  
 verbum dei quotienscunqz tibi fuerit iniunctum. Lecto vero euangelio  
 euigilans intellexit qd somnium esset. Miratus tamen de tam manifesta vi-  
 sione. dicebat intra se. Hodie lecturus es euangelium ad missam si eiusdem  
 colozis inueneris stolam qualem in celo vidisti vera est visio. Ruru vero  
 dei factum est vt a sacrista stola consimilis exponeretur. Mox de visione qd  
 certificatus quid viderit abbati exposuit a quo iussus loqui verbum dei  
 vsqz hodie impremeditate tam excellenter et tam efficaciter illud exponit  
 vt omnes auditores suos in stuporem conuertat. Alijs siquidem tempori-  
 bus nullius est litterature. **Appollonius** Miraculum salomonis qui in so-  
 mnis scientiam accepit in isto resultat. **Cesarius.** Deus enim est scientiarum  
 dominus. Alijs scientiam vt dictum est miraculose conferendo. alijs non  
 minozi miraculo habitum subtrahendo.

Ca. iij.

**A**bbas de lapide sancti michaelis tempore capituli generalis p  
hemmenrode transiens casum mirabilem nimis ibidem recita  
uit. Fuit apud nos inquit clericus bone admodum litterature  
hic cum die quadam in vena sanguinem minueret. sic omnē sci  
entiam scripturaz perdidit vt eam per sanguinem effudisse videretur lit  
teram ab illa hora non cognouit. latini sermonis nec vnū quidem verbū  
intelligere vel proferre potuit et vt noueritis priuatio nem sensus nō fuis  
se in causa sed diuinam potentiaz omnium rerum prius habitaram plene  
recinuit scientiam. Qui cum tam mirabilem litterature sue iacturaz cū do  
lore multis exposuisset. quidam ei suasit dicens. Anno reuoluto eodez die  
et eadem hora iterum minuas forte subtrācta recipies. Quod cum fecissz  
scientiam priustinaz recepit. A domino factum est istud sicut et precedentia  
et est mirabile in oculis nostris. Alijs etiam per alios dominus tribuit  
gratiam sanitatum.

**Ca. v.**

**I**n eberbaco conuersus quidaz extitit homo simplex et bonus eta  
tis decrepitate. Huic dominus tantam cōtulerat gratiam vt tactu  
manus eius diuerse infirmitates fugarentur. Quod vbi seculari  
bus compertum est ex vtroqz sexu tam diuites q̄ pauperes gratia sanita  
tuz ad monasterium confluentes virtutem benedictionis eius senserunt.  
Ex quorum concursu videns abbas fratrum quietem turbari et domū in  
expensis non modicum grauari. eidem conuerso ne alicui seculari de cete  
ro manus imponeret precepit. Ex illa hora in eo cessauit virtus miraculo  
rum. Hec mihi ante hoc biennium cum essem in eberbaco a monachis re  
citata sunt. Ego vero virum sanctum adij et cum rogassem eum vt p me  
oraret simpliciter respondit. Quotidie oro pro te et p toto mundo.

**Ca. vi**

**R**etulit nobis nuper abbas quidaz ordinis nostri de quodā mo  
nacho cui tanta a domino concessa est gratia vt virtute vestimen  
torum eius multi sanarentur. Sepe si tamen adhuc viuuit dum fra  
tres vestes eius induunt vel cingulo se cingunt sanantur. Quod cum quo  
dam tempore eius abbas considerasset nec aliquo specialitatis in illo vi  
disset. In his verbis eum secretius allocutus est. Dic mihi fili mi. Que  
est causa tantorum miraculorum? Respondit ille. Nescio domine. Non  
plus ceteris fratribus meis oro. Non plus vigilo. Non plus ieiuno. Non

distinc  
plus libe  
gere auct  
Non ne cur  
de non co  
accipio si  
virtutis d  
vobiscum  
atqz com  
declarat  
  
I  
ne  
an  
m  
es pcom  
niam p  
cumeos et  
in sancto  
ciammes  
pecuniam  
bis recit  
impolueru  
dum a do  
ibi efficit  
sicutamē  
raz. De l  
deklarab  
  
H  
ne  
re  
Qui stant  
et comed  
rabat de  
rupie. Do  
mei carn  
fugit ad i  
et obedie

plus laboro sed vnū scio q̄ me non potest extollere prosperitas neq̄ fr̄a/  
gere aduersitas siue de persona mea sit siue alioꝝ. Cui cū dixisset abbas.  
Non te turbauit q̄ miles talis nuper grangiam nostram incendit? Respō  
dit. non. totum enim deo omisi. si modicum habeo cum gratiarum actiōe  
accipio. si multum. iteꝝ gratias ago. Et cognouit abbas q̄ causa tante  
virtutis esset amor dei. et stempt⁹ rez terrenarum. Sancte virtutes. fides  
videlicet spes et caritas. Iusticia. humilitas. obedientia. zelus discipline  
atq̄ compassio sepe gloria miraculoꝝ remunerantur sicut subsequētibus  
declaratur exemplis

Ca. vii

**I**uxta coloniam due generationes rusticorum inter se graues sa/  
tis inimicicias exercebant. Ex quibus vna infirmior in castruz vi  
cinum hemersbach se transfudit. de quo partez aduersam satis da  
mnificans. cum die quadaz vnū ex eis cepissent. volentes tres ex  
eis pecunie aliquid ab eo extorquere dicebant. Si non dederis nobis pe  
cuniam puniem⁹ te. Quib⁹ ille respondit. Tres obulos habeo. emite ex eis  
cuneos et comedite. qz nihil amplius habebitis. fidemq̄ habens in deo ⁊  
in sancto iacobo. subiecit. Quinq̄ marcas domi habeo in cista mea et cal  
ciamenta noua quibus lumina petam sancti Jacobi. non vobis dabo illā  
pecuniam. In die sancti stephani p̄fecturus sum et ante ortum diei a vo/  
bis recessurus. Mirantibus eis verborū constanciaz. duos illi compedes  
imposuerunt et in fornacez illum mittentes. octo viros nocte illa ad custo  
diam ei deputauerunt. quem semel ac secundo interrogantes vtz adhuc  
ibi esset. et ille tot vicibus respondiisset etiam adhuc sum. his tertio eadez  
sciscitantib⁹. nihil respondit. qz virtus fidei iam illū clausa fornace eduxer  
at. De spe in supioribus multa dicta sunt. Virtutē vero caritatis sequentia  
deklarabunt.

Cap. viij.

**A**bbas quidam ordinis nostri monacho suo infirmo precepit car  
nes manducare. Ille mox obediens licet inuitus abbati r̄ndit di  
cens. Ego vos rogo in caritate eadez vt mech̄ illas comedatis.  
Qui statim deprecāti cōsentiens resedit. morsellū de scutella monachi tulit  
et comedit. Sequenti die si bñ memini in ecclesia vbi homo a demonio ve  
rabat deuenit rogat⁹ a circūstantib⁹ vt demonē adiuraret in hec v̄ba p/  
rupit. Adiuro te immūde spūs in hac caritate qua p̄die p̄pter monachuz  
meū carnes comedi vt ex eas ab hoc hōie. Qui mox ad idē verbū exiuit ⁊  
fugit acñ caritatis incendiū sufferre nō posset. quātū deo caritas placeat  
et inobedientia plenius ostendat.

Ca. ix.

**H**uius quidam abbas cum haberet monachum infirmum ut ad recuperationem virium carnes comederet precepit. sed ille panem nimis precipienti non adquisiuit. **U**t autem deus ostenderet meliorem esse obedientiam quam stultorum victimas inobediens monachus mox in rabiem versus in agrum cucurrit ubi canem mortuum inueniens carnes eius fetentes audivissime comedere cepit. **E**t quia in carnibus peccavit in carnibus punitus est. quid de eo postea actum sit ignoro. **H**ec duo miracula mihi narrauit magister Johannes decanus aquensis asserens sibi illa veraciter recitata. **A**udiant hec monachi et obediant neque in conditam abstinentiam caritati preponant. **A**liud adhuc referam exemplum pro quo agnosces quam bona sit virtus caritatis et quam periculosum vitium inobediencie

Ca. x.

**N**obilem quandam feminam in saxoniam dyabolus obsidens durissime vexavit. **Q**uam dum pro remedio sanitatis ad diversa sanctorum limina ministeriales eius duxissent. **D**ie quadam sacerdos quondam superveniens forma quodam despectus sed gratia dei preeditus vexationi illius operassus est. **E**t multa enim caritate dominum exorans demonium eiecit feminam sanitati restituens. **C**ui dedit in mandatis ut per xxx. dies in eodem loco manens quotidie communicaret et singulas horas canonicas predictorum dierum pauidiret. **Q**uod cum fecisset novem diebus nihil mali sui deinceps suspicantes abduxerunt eam. **I**n via turbine maximo impulsam atque deiectam sic totaliter confRACTA est a dyabolo ut omnia eius membra humanis visceribus similia apparerent. **C**ypolloni. **Q**ue fuit causa pene tam crudelis. **C**esarius **I**nobediencia. **S**imile habes in dialogo sancti Gregorii de quodam clerico obsessio et a sancto benedicto liberato. **C**ui cum precepisset ne unquam ad sacros ordines accederet et ille post multos annos transgressor existeret mox eum dyabolus qualiter tam diu vexans donec spiritum exhalaret.

Ca. xi.

**H**obas de Quinburg que est abbacia ditissima nigri ordinis in saxoniam nuper per nos transiens retulit nobis miraculum de curatione cuiusdam obesse iocundissimum. **E**st inquit apud nos miles quidam religiosus Albertus nomine cognomento scothart. **H**ic ante conversionem in armis erat tam strenuus in militia tam nominatus ut pene omnes nobiles terre nostre certatim ei sua munuscula

Distinctio  
 de quibus  
 in quibus  
 dantur  
 de quo  
 predicto m  
 co plus po  
 ret illa ei al  
 et amicus r  
 us possibus  
 plet. **E**um e  
 amicus meus  
 ho miles fati  
 mon italis  
 pegeres in  
 a recas pu  
 nis ut totum  
 et non intra  
 cum negall  
 a sume ei. **P**  
 vtecum vad  
 o puelle com  
 mam lingua  
 nobi adtere  
 na voluntate  
 Non te levari  
 mirabili mot  
 raccessit ut q  
 ante ibat. et c  
 dicebat. **N**o  
 um aiebat. **I**  
 nobi placebit  
 nia gratia  
 agis. **R**el  
 tergo a me.  
 quibus te  
 cum manere  
 quibus relique



detrarios videlicet et vestimenta preciosa dirigeret. Quatinus illi sibi associaret  
Die quadam dum quedam puella duodecim annorum cuiusdam militis  
filia in quadam sedens ecclesia a religiosis exorcizaretur in risum resoluta  
clamauit. **E**cce amicus meus venit. ecce amicus meus venit. **R**equirentibus  
illis de quo diceret. **R**espondit illa. bene videbitis cum. **D**icebat enim de  
predicto milite qui eadem hora satis remotus fuerat ab ecclesia. **Q**ui quoniam  
to plus propinquauit tanto plus illa exultauit. **Q**ui cum ecclesiam intra-  
ret illa ei assurgens et manibus plaudens salutauit cum dicens. **E**cce iste  
est amicus meus. cedite cedite finite illum appropinquare. **E**rat enim indu-  
tus vestibus purpureis atque cultellatis. **Q**ui cum accessisset ad eam et di-  
xisset. **S**um ego amicus tuus? **R**espondit per os puelle dyabolus. **E**tiam  
amicus meus optimus omnem enim voluntatem meam facis. de quo ver-  
bo miles satis turbatus est licet dissimularet. subridens tamen sic ait. **T**u  
demon stultus es et fatuus. **S**i prudens esses nobiscum ad torneamenta  
pergeres. in quibus homines capiuntur et occiduntur. **U**t quid sine cau-  
sa veras puellam hanc innocuam que non peccauit? **D**icente dyabolo. si  
vis ut tecum pergam sine ut intrem in corpus tuum? **R**espondit miles. cer-  
te non intrabis in me. **E**t dyabolus. **C**oncede ut sedeam in sella tua. **Q**uod  
cum negasset. petiuit locum in aliqua parte equi vel freni que omnia nega-  
ta sunt ei. **A**d quem rursus dyabolus. non possum pedes currere. **S**i vis  
ut tecum vadam aliquem mihi saltem locum concedas circa te. **M**iles ve-  
ro puelle compassus ait demoni. **S**i illam volueris deserere concedam tibi  
vnam lingulam pallii mei tali conditione ut in nullo me ledas et tam diu  
mibi adhereas quodiu torneamenta quero. **Q**uando tibi precepero bona  
tua voluntate sine contradictione recedes. **E**t iurauit ei dyabolus dicens  
**N**on te ledam. sed promouebo. **E**riensque de puella lingule pallii eius insilijt  
mirabili motu se prodens. **A**b illa hora tantum glorie in torneamentis mili-  
ti accessit ut quos lancea deſicere vellet deſiceret. quos capere caperet. cum  
eunte ibat. et cum loquente loquebatur. **Q**uando prolixius in ecclesia orabat  
dicebat. **M**odo murmuras nimis. **Q**uando aqua benedicta se asperſit ite-  
rum aiebat. **V**ide ne me tangas. **C**ui miles. **S**i vna gutta te tetigerit non  
mibi placebit. **T**empore illo quo crux predicabatur cum miles intraret ec-  
clesiam gratia signationis. dyabolus eum retrahere nisus est dicens. **Q**uid  
hic agis? **R**espondit miles. **D**eo propono seruire et tibi renunciare. **R**ece-  
de ergo a me. **I**tem dicente milite respondit sathan. **Q**uid tibi in me displi-  
cuit? **N**uncque te lesi sed vitauit. per me gloriosus factus es nimis. **A**ttamen  
tecum manere nisi consentias non potero quia hoc tibi promisi et iuravi dum  
puellam reliqueram. quia te in nullo lederem. sed semper promouerem. **T**unc dixit

miles. Ecce cruce iaz suscipio et vt illico nunq̄ reuersurus recedas a me in nomine crucifixi te adiuro. Et reliquit eū dyabolus. Qui mox cruce signatus mare transijt. vbi duobus annis xp̄o militas. reuersus hospitale magnum atq; ditissimū peregrinis et pauperib; edificauit. habebat em̄ annuatim plus q̄z trecentas libras argenti in redditib; teste p̄fato abbate. In quo hospitali vsq; hodie cū vxore sua in habitu religioso mēbris xp̄i seruit religiosoz omniū maxime ordinis nostri susceptoz deuotus. Quib; in ioco dicere solet. Nos dñi abbates et vos monachi non estis sancti. Nos milites torneamentis operam dantes sancti sumus. qz demones nobis obediūt et absq; vlla lesione nos sequūtur. illosq; ab hōib; eijcim. **Appollonius** Desciui demones sic ioculariter eijci posse. **Cesari**. Nō iocus sed virtus passionis illū eiecit. Quantū apud deū possit caritas atq; fraterna compassio subiecto declarat exemplo sue miraculo.

**Capitulum xii**

**H**ater walterus monachus in hemmērode referre solet miraculū mirabile cui se interfuisse memorat. Cū pegrini in prima expeditione obsiderent ciuitatē achon. contigit quodā die vt egressi saraceni manu violenta pellerēt xp̄ianos in castra sua. Erat autē tūc ibi miles quodaz iuuenis theodericus nomine frater dñi canonis de rullant q̄ adhuc viuuit. Is fluxu sanguinis adeo laborabat et infirmabat qd in lecto suo nō p̄ se sed in lintheamine vertebat. Hic audito strepitu et clamore fugientium interrogauit quid hoc esset. Et cū audisset rē iussit sibi afferri arma sua et se armari in lecto sedēdo. Tandē fracto dextrario suo et accinctus ense iussit se leuari sup equū suū et fluebat sanguis etiā p̄ sellā. Accēptaq; lancea exiit dicēs. deus adiua me et sanctū sepulcrū. Qui tāta vehemēcia p̄rupit in saracenos transiens et circūgirans. pcutiens et p̄pellens qd omnes xp̄iani animati et confortati sūt p̄ eū solū. adeo qd eiecerūt hostes a castris suis. Quo facto redijt ad lectū infirmitatis sue et tertia die mortuus est. Quod nūc de iusticia miraculū satis gloriolū.

**Capitulum xiii**

**M**iles quidam in dandis suis decimis tante erat deuotionis ac iusticie vt ei summum esset studium illas soluere sine mora. sine dolo. sine peratione. Habebat autem vineam quandaz que circa decez carracas annuatim facere solebat. Tempe quodā vt post patuit magis ex dei dispensatōe q̄z ex aeris intēperie postq; collectū est vinūq; expressum vna tū inuenta est carraca. Quo audito miles seruo

Decima distinctio  
suo verū mem  
tū ego illi post  
p̄ decima quoc  
quodam iuxta p  
q; ad irarem i  
colleā et vine  
re. Nequaquā  
aliquo anno vt  
reicāta sunt et  
reirāz de hūm  
  
Hic i  
nem  
bus  
stod  
surrexit ad v  
accedebat vt  
orandum ap  
hoc am olera in  
factus sine cons  
nature est statim  
tes purares nō  
sup̄p̄tore implo  
ne suo laboran  
miniterij eius  
ollam eandem  
ollam attripuit  
locus potuit co  
et fratres orati  
ant p̄fili sume  
bona olera nō  
ficasset. cum ille  
pallisset. Num  
verat quia vū  
intuebat. De  
tus. De con  
hic varia est

suo verbū memoria dignum respondit. Quod mesi erat inquit mihi dñs tulit ego illi portionē suā non auferam vade ⁊ da sacerdoti carracā hanc p̄ decima. quod et factū est. Eodem tempore militis germanus sacerdos quidam iuxta predictam vineam transiens eam vuis refertam vidit. mox q̄ ad fratrem intrans de negligencia illum arguit dicens. Quare nondū collecta est vinea vestra. Respondente illo diu collecta est. sacerdos subiūxit. De qua q̄. Nam illam plenam vidi. Questum est et inuentum nec vnq̄ aliquo anno vberiores fructus fecit q̄ in illo. Hec nobis eodem tempore recitata sunt et satis doleo q̄ nomen militis siue loci nō retinui. Aliud tibi referaz de humilitate miraculum satis magnum

### Ca. xliij

**H**ic in hemmenrode conuersus quidam bonus Euerhardus nomine custos medie porte. Is aliquando egressus cum fratribus carpentarijs. tempore hyemis in siluam eoz vtensilia custodiebat et cibaria preparabat. vna dierum cum solito tardi⁹ surrexisset ad vigilias egressis fratribus ad laborem ip̄e orationes suas accelerabat vt illis pulmentaria tempestiti⁹ preparare potuisset. Ante orandum apposuit ollam eream foco. sed aquā oblitus est infundere. post horam olera impositurus inuenit ollam candentem subitoq̄ turbatus et factus sine consilio vt subueniret olle aquā frigidam infudit. at illa vt sue nature est statim dissiliendo contracta est. aliam vero ollam in qua laborantes procuraret nō habens. genia ad orationē flexit et cū lachrymis deum suppliciter implorauit vt misericordiā et cōsiliū sibi daret quatin⁹ p̄ nomine suo laborantes expectato nō priuarent eduleo. Pius dñs humilitatez ministerij eius attendens orationē eius exaudiuit. Qui surgens ab orōne ollam eandem iuxta se integrā cōspexit stantem. Gratias igit̄ agens deo ollam arripuit. aquā infudit. ignibus admouit. olera imposuit et ea q̄ velocius potuit coxit. Quibus sufficienter decoctis horaz tertiā significauit et fratres oratione completa ad reficiendum cōsederunt. Post refectionē aut̄ p̄fessi sunt. quia toto illo tempore quo ibidem demorati fuerant tam bona olera nō comediissent. simul et mirati sunt q̄ citius solito tertiā significasset. cum ille ex diuerso ip̄os indignantes putasset q̄ tardius solito eā pulsasset. Nimirū in decoctione illam horā sibi plurimaz preterisse crederat. quia diuine cooperationis inestimabilem dispensationez non plene sentiebat. De obedientia vero subiungam miraculum iam dicto excellentius. De conuerso ob cuius obedientiam pisa in agro siccans miraculose versa est

**Cap. xv**

**I**n prefata domo conuersi pisam messuerant. que dñi ad siccanduz sparsa iaceret in agro uenerūt hōem conuersi ad priorem dicētes Nisi totus uentus otius exeat necnō et infirmi pisamq; uertant tota peribit. Timebant em̄ pluuiam imminentem. Et precepit prior omnibus qui ire possent ut se prepararent. **M**ox ex infirmatorio ouersoꝝ frater quidam simplex exiens ex multo seruoꝝe obediencie ante om̄es festinabat. Et cum agro in quo pisa iacebat p̄inquasset illa mirum in modū in oculis eiꝝ p̄ diuersa loca se uertebat. Quod ubi uidit gr̄as agens deo redijt. Cui prior occurrens ait. Cur reuerteris frater? Respondit ille. Dñe non est necesse ut p̄cedatis. quia ip̄a totaliter uersa ē. Quis inquit uertit illā? Respondente humiliter conuerso. Ille qui bene facere potuit. Prior ut ita esse comperit nō absq; multa admiratione cū uentu reuersus est. **A**ppollonius. Jam non ambigo q̄n magna sit uirtus obediencie que tanto miraculo remunerat. **C**esarius. Sicut deus obedienciam in subiectis. ita zelum discipline diligit in prelatiis

**Ca. xvi.**

**I**n Houene domo sanctimonialiū ordinis nostri que abbati n̄ro omissa est. anno preterito quedam abbatisa defuncta est nomine Sophia. hec tam seruens et ita rigida fuit circa disciplinaz ut sorores sepe turbate quod erat uirtutis uiciū iudicauerunt huic aliq̄n tenuis ceruisia est in uinū ouersa. Quam etiam angelus dñi quadam nocte cū de matutinis exiret cū lucerna antecedebat. **H**ec duo miracula in extremis omissa est abbati n̄stro domino Henrico. hic cum canonicus esset in ecclesia bonnensi. et ip̄a sanctimonialis in ditkirgen que est domus nigri ordinis deo inspirante ille relictis om̄ibus conuersionis gracia ad domū nostram uenit. et ip̄a p̄ eius pseuerancia quāto intentius potuit domino supplicauit. Paucis diebus elapsis cum a fratribus suis carnalibus uisus esset eductus ante habitus susceptionem. ip̄a desperans dimisit orationē. Quam ip̄e mox in somnis ob hoc arguens et ut omissas orationes reinci peret ammonens adiecit. Primaz missam meam audies in ordine Cisterciensi. Quod ita dei nutu factum est. Nam ip̄e ad nos redijt. et ip̄a habitū mutauit. sicq; in monte sancte Walburgis ubi tunc temporis priorissa fuit primam eius missam audiuit. **A**ppollonius. Non miroꝝ si deus huic religiose femine predicti potus mutauit saporem cum mihi nouicio ut de perfectis taceam amara queq; conuerterit in dulcoꝝem. Melioꝝis siquidē

apocis nunc m  
focum ferula a  
grata xpi fecit  
anis quod m  
fuit tempore  
boans. Et ut  
gratias adior  
tas uulcia in an

**O**mn  
pandi  
ter de  
eulfo  
memoria. Pater  
pore abuorant  
puerum suū m  
uorūm suū et  
trahens uero  
mū simo milena  
nachus noster  
nūi quem cario  
natum. Valde e  
nim deus homo

**O**bi  
man  
nū ei  
rat. c  
cū eis tradatur  
munim fuplū  
tra suos rōis p  
in p̄terita quat  
solū eis carere  
pelleret. Quas  
uult ad feruā  
mūta passionis

saporis nunc mihi videntur nostra incondita pulmentaria q̄ ante cōuer-  
sionem fercula carniū delicatissima. **C**esarius. Farinula helizei id est  
gratia xpi fecit hoc. **J**ordanus vero monachus de hemmenrode aliq̄b⁹  
annis quod magis fuit miraculosum studio abstinentie ab om̄i potu ab-  
stinuit tempore tamen messionis sue in multo caumate cum reliquis la-  
borans. **A**t ad predicta redeamus sicut deus bonis et amara queq̄ cuz  
gratiarū actione gustantibus conuertit in dulcedinē. ita aliquando ingra-  
tis dulcia in amaritudinē.

**Ca. xvii.**

**D**um post confirmationem Ottonis in regno tanta esset abun-  
dancia annone vt in episcopatu coloniensi maldruz quinq̄ vel  
sex denarijs multo tempore venderetur. Contigit in quadam  
eiusdem dyocesis villa cuius nomen excidit miraculū dignum  
memoria. **D**istrix quedam panes ad coquendum formauerat. **E**t qz tem-  
pore abundantie pistozes modicum lucrantur. illa commota clamauit ad  
puerum suū. mitte hunc simū in clibanū. **I**usto dei iudicio factum est ei sm̄  
verbum suū et pasta pulcherrima per decoctionem conuersa est in simū. **E**x-  
trahens vero panes cum reperisset formā non substantiam extimuit et si-  
mū simo miscens tantum miraculum celare non potuit. **M**arcinānus mo-  
nachus noster tunc temporis cellerarius partem vnius panis nobis at-  
tulit quem curiosius considerantes nil in eo vidimus nisi simum congluti-  
natum. **V**alde em̄ celebre factum est hoc miraculum tempore eodem. sepe  
enim deus homines in ea re qua peccant punit. verbi gratia

**Ca. xviii.**

**N**obilis vir Otto de Stomburg patre suo existente ex illa parte  
maris in seruicio dñi. ip̄e inique egit cōtra dñm et aduersus ser-  
uū eius parentez p̄ziū. **N**am sicut ip̄e cū suis auxiliarijs d̄dire  
rat. ciues oppidi q̄b̄ iaz dicto castro attinet dolose quasi aliq̄d  
cū eis tractatur? capere et exactionē in eos facere p̄ponebat. **Q**ui cū pre-  
muniti fugissent vxores eoz et liberos spoliavit. **E**t qz tam inique egit cō-  
tra suos. dñs plaga insanabili illū percussit. addita est pena mirabilis. **N**am  
in p̄terita quadragesima tantū appetitū habuit carnes comedendi vt nō  
solū eis carere nō vellet. ymo etiā cocū suū ad comedendū illas secū vi cō-  
pelleret. **Q**uas cū p̄tinatius manducasset p̄ totā quadragesimā. ventūq̄  
fuisset ad feriā sextā ante pascha. dixerūt ei quidā. **P**ñe hodie dies est do-  
minice passionis. dies xp̄iane afflictionis. **H**odie carnes om̄ino comedere

**E** i

nō licet. **Q**uibus respondit. ego comedā hodie sicut athenus comedi. **M**irares. **I**n ipso sanctissimo die pasce quā carnes benedicunt. et fidelibus per sacram communionem illas comedere licentia. ipse illis ob predictam transgressionem iusto dei iudicio vesci nō potuit piscibus deinceps utens usque in diem mortis sue. **A**ppollonius. **I**ustus est dominus **C**esari. ad honorem domini saluatoris de eius sacra ymagine aliqua subiecta miracula deinde veniam ad elementa

**Ca. xix**

**Q**uod tempore discordie inter **O**ttone et **P**hilippum in oratorio sancti **S**oari confessoris quod situm est in territorio treuerensi. et est firmisimum. tū propter situm loci. tum propter structuram provinciales se suaque transfulerunt. **Q**uo cognito **W**ernerus de bonlant vir potens et dives. cum ad expugnandum illud arietes machinasque applicuisset. nec tamen percussisset. ymaginem crucifixi ligneam huius qui deinde erant contra hostes in quadam fenestra posuerat. sperantes quod ob illius venerationem loco parceret. **Q**uidam vero ex balistaribus de cruce non curans. ymo locanti illam indignas telum misit. et sacram yconam in brachio profunde satis vulneravit. **M**ox mirum in modum antiqua renouantem miracula. et ad instar vene humane sanguis de loco vulneris cepit stillare. **T**imore tanti miraculi postea predictus **W**ernerus cruce signatus est. **A**udiens tanta mirabilia dominus philippus abbas otterburgenensis locum adiit de rei veritate inquisiuit. **C**ui cum ab omnibus hoc quod predictum est diceretur iudeus qui tunc casu affuit abbatem in partem traxit dicens. vere domine verissimum est quod audistis. **E**t sicut ipse mihi retulit multo amplius delectabatur in testimonio inimici. **A**dhuc telum ibi reseruatur. adhuc vulnus et sanguinis stigmata illic ostendunt. utraque abbas noster se vidisse testatur

**Ca. xx**

**Q**uod circa idem tempus **O**tto contra philippum ascendens cum exercitu usque ad **W**yzimburch peruenit. ubi satellitibus eius ecclesiarum quandam intrantibus unum ex illis crucifixum in eminenti loco positum tunica lineam et cum multo studio confuta tectum vidit et occupauit. **Q**uam cum manu non potuisset attingere lancea nisus est extrahere. **E**t quia firmis ymagini onera fuit in diuersis locis illam pupugit. dominus vero ut sibi factum ostenderet aliquid eius ymagini iniurie vel contemptus irrogatum egit sua potentia ut de singulis punctationibus sanguis vberim emanaret. **S**emel adhuc mortalis confixus atque lanceatus est in terris. et tamen quotidie sedens ad dexteram patris se configi per prophetam querit dicens. **E**t me configitis gens tota die. **Q**uanta vero pena tales sequatur sequens miraculum declarat.

**Q**uo in  
tini facti  
solum  
plures  
ane cum tant  
volentes val  
e diuersas mi  
capbant per il  
sic multas ni  
reuerat iores  
idem mirare  
no die predicti  
in calcando v  
i quos cum vn  
is stram tr  
nostrum  
ad ultro post  
crucem  
nos cru  
in vobis oib  
mact immuni  
ius iudex nul  
muit vt leque  
**A**ppollon  
tus cruas y  
trantibus illam

**Q**uam  
ficiet  
et bo  
te  
**E**t  
inter verba  
in ipso milia  
illa verbis  
signata. ca

## Ca. xxi.

**H**ud inferius traiedū hoc anno sacrariū in ecclesia sancti Martini fures effringentes quosdam thesauros. vna cū cruce p̄cio-  
sissima gemmis et auro decorata asportauerunt. Qui cum essēt  
plures duobus crucem omittentes ipi cum thesauris abierūt.

Mane cum tantū sacrilegiū ad notitiam episcopi atq; canonicorū puenis-  
set dolentes valde maxime de cruce ob portionez ligni dominici. milites  
per diuersas vias miserunt qui fugientes insequerent. Hi vero qui crucē  
portabant per stratam publicam aperte incedebant. Ad quos cum pue-  
nisset milites nil de eis mali suspicantes pertransierunt. xps vero in quem  
peccauerūt fures a sensu alienauit. gressum fixit ita vt a strata declinātes  
paludem intrarent nec tamen motis pedibus procedere possent. Altera  
vero die predicti milites reuersi cum eos pene in eodez loco et maxime lu-  
cum calcando vidissent mirati dixerunt. Isti sunt quos heri hic dimisim?  
Ad quos cū vnus clamassz. boni homines male inceditis quare nō ascen-  
ditis stratam tritam? Responderunt illi. bene incedimus non vos sollicitet  
iter nostrum. Tunc vnus ex militibus deo inspirante dixit ad socios. Ali-  
quid istud portendit forsitan rei sunt teneamus illos. Ad quos cum descē-  
derunt illi crucem paludi immerferunt. Interrogati vero de furto. respon-  
derunt. Nos crucem tulimus vbi sit scim? sed nisi certi de vita simus nūq;  
illam vobis ostendemus. Quid plura? Ducunt ad episcopū gratia crucis  
pmittit immunitas crux ostensa reportat extra puincia adducunt. Et qz  
iustus iudex nullū peccatū relinquit inultū et sepe peccato punit peccatūz  
pmisit vt sequenti die itez ecclesiam aufringerent in qua capti sūt et suspē-  
si. **Appollonius.** Satis euidentis fuit hoc miraculū. **Cesarius.** Tanta ē  
virtus crucis vt et suis contempторibus vt dictum est inferat penam et ve-  
nerantib⁹ illam restituat sanitatem.

## Ca. xxii.

**Q**uam scolastic⁹ colonienf Oliverus crucē predicaret in flandria  
sicut ipse nobis retulit. inter reliquos signatus ē ibi miles diues  
et honest⁹. Quod vbi vxor eius operit afflicta est vsq; ad mor-  
tē. Erat em̄ vicina partui. Ad quā oliuer⁹ consilio mariti ingres-  
sus. inter verba consolationis. addidit et hec. Si consilio meo adqueueris et vi-  
rū tuū xpo militare pmiseris ab imminēti periculo sine dolore liberaberis  
Cūq; illa verbis eius placata fuissz. scolastic⁹ subiecit. Tpe part⁹ veste ma-  
riti tui signata. te cōtegas et crucis virtutē lēties. solebat em̄ cū maximis

E

z

cruciatibus parere. Mira xpi clemencia Instante hora parienti illa no im  
 memoz consilij. pallio viri sui se textit et pene sine omni dolore partum effu  
 dit. Alia de cruce eque miraculosa in sequentib' tibi recitabo. qz ad elemē  
 toz miracula festino. **A**ppollonius. Quot sūt elementa. **C**esari'. qtu/  
 or. ignis videlicz aer aqua terra. In quib' vidē eē temporib' nostris imple  
 ri hoc quod p saluatores in euangelio dicit. Erunt signa in sole et luna et  
 stellis et in terris pressura gentiū pre ofusione sonit' maris et fluctuū ares  
 centib' hominib' pre timore et expectatione que supuenient vniuerso orbi.  
 et reliqua que ibi sequūtur. Alibi predicit bella et terremot' p loca pestilē/  
 cias et famē terroresqz de celo et signa magna. licet hec omnia ante diem  
 iudicij plenius sint implenda. ex parte tñ ea vidim' impleta. sm q subiecta  
 declarabūt exempla. Vidim' em signa stellaz et pressuras gentiū. audiui  
 mus sonitus maris et fluctuū. audiui' etiā q filius hominis in nubibus  
 visus sit. terroresqz de celo et signa magna. De igne elementoqz superiori  
 ad quod stelle pntinent primo loco dicendū est. postea de ceteris p ordinē.

**Ca. xliii**

**A**nno dñi millesimo ducentesimo septimo. Philippo rege celebrā  
 te curiā solennē cū principib' signū magnū apparuit in sole. In  
 tres siquidē partes diuisus est ita vt interualla essent inter par  
 tem et partē ad instar lilij tres flores habentis. Quod vbi no/  
 tari cepit multi occurrerunt sup tanto miraculo disputantes. Hermannus  
 vero lantgrau' interpretat' est q vn' de pncipib' imperij eodē anno mo  
 riturus esset nec erat ydonea eius interptatio. Post multā horā coierunt  
 partes et redintegratū est corpus solare. Abbas karolus vilariensis nec/  
 nō et monachus eius Wigerus eidē curie interfuerūt que dicta sūt vidēt  
 nobis eodē tpe visa referentes. Facta est hec visio tertio kalēdas februa  
 rij **A**ppolloni'. Quid tibi significare vidēt tripertita hec solis diuisio?  
**C**esarius. Deus statū imperij pncipib' gregatis ostēdere voluit. Sol  
 vidēt hoc loco designare romanū imperiū. Sicut sol magnitudine et splē  
 doze precellit vniuersa sidera celi. sic idē imperiū augustius fulget ceteris  
 regnis mundi. Apud romanū imperiū qñqz fuit monarchia vt sicut stelle  
 lumen habent a sole. ita reges vt regnare possent haberent ab imperatoē  
**T**riplex solis diuisio designabat scisma imperij in tres partes diuisi qui  
 omnes nomen romani regis sibi vsurpabant. Prim' fuit Ifrederic' qui ad/  
 huc patre viuente fuit in regem a pncipib' electus. Scōs Philippus. Ter  
 tius Otto fuit a colonienfi archiepo suisqz auxiliarijs substitut'. Isti am/  
 bo aquisgrani coronati fuerāt in regē. Hoꝝ vno occiso et altēo deposito

**D**istinctio  
 de miraculis  
 De  
 sta  
 e  
 cant  
 dicit magis  
 spiritali  
 C  
 temporis  
 T  
 pncipib' an  
 ore cepit et an  
 pus atqz ghe  
 us in euang  
 mat pncipz re  
 us ergo cele  
 it. In pncipib'  
 tales moti san  
 nitabiles facti  
 rum leg papa  
 cau sam multo  
 ce. In luna v  
 palla. Qu. si in  
 On mo  
 acio m  
 tenib'  
 vnderet v  
 Similit  
 stella rau  
 teret. Ju



atq; defuncto **Fredericus** electus qui hodie imperat solus regnare cepit et quasi ad suam plenitudinem sol diuisus redijt. **In** quibusdam puincijs eodem die vise sunt quinq; partes. **Per** tres partes supradictos tres re/ ges intelligo. **Per** duas reliquas **bernhardu** ducē saxonie. et **bertolphuz** ducem thuringie. qui satis p imperio ambo laborabant accipio.

**Ca. xxiii**

**M**ense sequenti scz kalendis marcij aliud signū apparuit in sole. **Non** dico miraculū quia naturale sed magne rei prenoticū. fa cta est quippe eclipsis solis taz magna tpe meridiano vt vix ali quid supesset splendoris. **Multi** videntes extimuerunt dicētes aliquo magni fore futuz. **Appollonius.** Quid tibi videt eadē eclipsis figurasse? **Cesarius.** **Non** sum daniel. et ideo nō asserendo sed opinādo interpretor. **Vide** mibi defectus ille solaris presignasse mortē **Philippi** qui sequenti anno occisus est et defecit. **Particula** illa luminosa que recres cere cepit et augmentari. **Otto** fuit. qui post philippi mortē factus est ma gnus atq; glorioſus. **Vide** eisdem temporibus adimpletū quod domi nus in euangelio dicit. **Nam** virtutes celoꝝ mouebim. **Celum** qñq; desi gnat pntēz ecclesiam et vniuersalem. **Celi** vero ecclesias particulares. vir tutes ergo celoꝝ sunt prelati ecclesiaz. **Episcopi** videlicet abbates prepo ſiti. **In** predicto em scismate non solum principes seculares sed etiā spiri tuales moti sunt quia tum ppter pecuniam tū ppter amorem siue timorez instabiles facti nūc vni nūc alteri iurauerunt. **Nam** ipse princeps episcopo rum scz papa **Innocentius** pmo **ottonem** fouit et coronauit. **Postea** ob causam multis notam illum deponens **Fredericu** eius aduersariū suscita uit. **In** luna vero signa non defuerūt duas eclipses magnas solito crebri<sup>9</sup> passa. **Q** si in stellis signa queris quod vidi referam.

**Ca. xxv**

**P**ost mortem henrici impatoris cum de susceptione colonie in pa lacio tractaretur. post meridiem visa est stella lucidissima. tūc curi rentib<sup>9</sup> nobis in curiam episcopi omnes illam vidimus sed quid portenderet visio tam insolita scire non potuimus.

**Ca. xxvi.**

**S**imiliter hoc anno p duas ebdomas visa est post solis occasū stella tante magnitudinis vt ad instar ignis splendorē de se emit teret. **Iudei** asserunt eaz fuisse signū aduent<sup>9</sup> sui messie. **Hec** dicta

sunt de signis stellaz. Porro de igne ethereo fulmine scz atqz tonitruo q̄ ex collisione nubiū gignunt aliqua pferam exempla. vt noueris fm verba saluatoris terrores de celo et signa etiam his temporibus contigisse.

### Ca. xxvii

**I**n vigilia sancti Mathie apostoli erit bienniu q̄ in colonia contigit res satis miraculosa. et ideo miraculosa qz insolita. In crepusculo eiusdem noctis ignis. cadens de celo turrim sancti andree incedit similiter et sepem circa curiam cuiusdam canonici. que p multos ciuū labores extincta sunt. Eadem aut nocte glacies fuerat congelata. Quod et miracula reputabat q̄ tonitrua audiri et fulmina videri poterant. Aliud tibi referam exemplum terribile satis.

### Ca. xxviii.

**S**acerdos quidam de Saxoniam nuper miracula mihi retulit stupendum. Hoc inquit anno in terra nostra in quoda teatro fulminati sunt viginti homines solo sacerdote euadente. fugit enim cum alios videret ardere. Decebat enim ut ignis quo nihil leuius est leuitatis amatores puniret. **Diapolloni.** Miroz q̄ sacerdos non est punitus cum ipse plus ceteris credat peccasse. **Cesari.** Sepe de sacerdotibus parcat propter diuinam sicut legit de Aaron quem non percussit lepra sed sorozem. cum tamen non legatur sorozem minus peccasse. vel forte in eo aliquod boni deus prouidit propter quod illi pepercit. De quo aliquando ob hominum leuitates de sacerdotibus puniat presertim est exemplum.

### Ca. xxix

**E**t villa in episcopatu treuerensi Elisacia vocata in qua anno preterito quarta feria ante natiuitatem sancti Iohannis contigit hoc grande et terribile miraculum. Sacerdos loci henricus nomine dum sederet in taberna facta est intemperies aeris maxima. quo festinate cum campanario suo in ecclesia. cum campanas pulsaret creuit tempestas et nebula et inenarrabilis strepitus aeris in ecclesia. veniensque repente ictus turbinis prostravit utrumque clericum cum sepe et campanarium ita quod campanarius sub clerico iacebat. Campanarius vero in nullo lesus est clerico extincto. Cuius genitalia exiusta sunt reliquo corpore intacto. Que filius eius accurrens calcando extinxit et auulsit. ex quo potest fornicatorum illum fuisse. Vestimenta vero eius ita sunt lacerata ut nulla particula cohereret solide parti. nec solida essent excepta illa particula in qua deperdere solebat manipulus in sinistro brachio. sed et sinualia sua que noua erant ita sunt dilacerata ac si fuscinulis dissipata essent. Solee vero sic sunt facte ac si

In aqua fer  
supore iac  
la que erat  
sobuc ita  
fidebant d  
certant. E  
partem rec  
bonis riqz  
franti iacob  
sanctop reli  
cosuando q  
verunt ducer  
ro in dilacer  
in exultione  
ret culpe. Et  
et malos p  
bonis iuco

**R**  
Ba  
ri  
ad eum veni  
cuius est di  
stia. vii. ve  
seruo respo  
ditus tam p  
ram peccet  
nachi retrah  
ille regnatis  
rich. Simus e  
famulat. Et  
erit. et ab h  
le robibend

Episcopus Col  
liberare ac

in aqua feruida fuissent decocte **C**ampanarius aut in maximo timore ac stupore iacens vidit demones insultum facientes in ecclesia. sed et capsula que erat post altare prosilijt super altare et apertura facta est in ea que adhuc ita remanet. **S**ancti vero quoz reliquie ibi sunt. egressi fortiter resistebant demonib<sup>9</sup> et factu est inter sanctos et demones vehementissimu certame. Tandem devicti demones cum corpus domini asportare non possent partem tecti secum abstraxerunt. Refert idem campanari<sup>9</sup> quod corpus sacerdotis usque ad tectum turris sub qua simul pulsantes steterant et sub qua prostrati iacebant. **V**iolencia demonum aliquotiens fit raptum. sed beneficio sanctorum relapsu. **D**icunt clericum eundem tunc de nouo adquisisse coronam rotundam quam quasi victor iuxta domum suspendit ut ibi stulti homines luderent ducerentque coreas. **A**ppollonius. Sicut in hoc sacerdote considero in dilaceratione vestium atque calciamentorum deus puniuit superbiam sic in exustione genitalium luxuriam. **C**esarius. bene sentis quia sepe pena respondet culpe. **H**oc etiam scire te volo et probare exemplo. quod sicut deus ut dictum est malos per fulmina atque tonitrua de celo punit. ita per eadem aliquando bonis succurrit.

**Ca. xxx**

**R**ichwinus cellerarius noster cum die quadam tempore discordie inter sepe ditos reges de colonia exiret non procul ab urbe plures armatos ex latere strate publice in suis dextrarijs sedere aspexit. **Q**uibus visis cum satis timeret unus ex eis cursu rapidissimo ad eum veniens equum eius per frenum tenuit quem his verbis superbe allocutus est dicens Domine monache descendite oportet me habere equum istum. vix verba finiuerat. et ecce dominus non verbo sed tonitruo pro domini proseruo respondit suo. **N**am cum tota illa die nulla fuissent audita tonitrua idus tam validissimus inopinate personuit ut equus satellitis genibus terram peteret et ipse nutantis tergo vix inhereret. **M**oxque manum a freno monachi retrahens. ait satis humiliter. **I**te in pace. bonus enim vir estis. **C**ui ille regracias letus processit diuinitus se liberatum recognoscens. **H**ec mihi idem richwinus ore suo confessus est. **A**ppolloni<sup>9</sup> valde timendum est cui sic ether famulat. **C**esarius. Non solum ignis etherius sed et terrenus qui lignis nutrit. et ab hominibus succenditur deseruit ei. **N**unc ad creatoris nutum vim mirabilem cohibendo. nunc in re frigida non minus miraculose eandem exercendo

**Ca. xxxi.**

**T**empore Coloniensi opido imperiali quod Doulsburg dicitur vidua quodam ceruicium braxare ac vendere solebat. die quadam cum ciuitas casu fuisset incensa.

E R

ipm qz incendiū domui eius appropinquasset illa tam nō habens spem in auxilio humano ad diuinū cōfugit. Nam omnia sua vasa quib⁹ ceruicā em/ ptozib⁹ mensurare solebat. ad hostiū domus extra flāmas ponens in mul/ ta cordis sui simplicitate sic orauit dicens. **D**ñe deus iustus et misericors si vnqz aliquē hominū his mensuris decepi. volo vt domus hec cōburatur. **S**i autē feci qd̄ rectū est in oculis tuis. precor iusticiā tuā vt in hac hora mi/ sericordiē respicias necessitatē meā et mihi mee qz supellectili parēē digner/ ris. **M**ira fides femine mira dei humilitas. **I**s q̄ dixit. Quā mensura men/ si fueritis remeciet vobis ac si ei oratione fidelis vidue cōclusū fuisset flam/ mas omnia in circuitu deuorātes a domo eius cōpescuit. cūctis stupētib⁹ q̄ ignis furens materiā cremabilē lamberet nec incēderet. **A**udi nūc alia/ eque miraculo sa.

**Ca. xxxi**

**A**duo Susatiam ciuitatem dyocesis Colonien⁹. cuius quidā in hac vltima expeditione cruce signatus fuit. Eodem tpe vt mili/ tem suū deus temptaret sicut legit de sancto **J**ob pmittit vt do/ mus eius incendio periret. flammis vero sopitis cū omnia q̄ in/ cendi poterant in cinerem fuissent redacta. particula vestis eius quā crux occupauerat integra intra fauillas est reperta. **E**t mirati sunt omnes tan/ tam sancte crucis virtutē vbicqz dilatantes. **S**imile miraculū in alio loco contigit sicut audiui a magistro **J**ohanne decano. aquensi.

**Ca. xxxii**

**R**etulit mihi et aliud de virtute crucis miraculū. **M**atrona inq̄t quedā crucem susceptā pomo circūligauit. sicqz sup asserem iux/ **P**irropū in quo ignis vtrūqz simul ponens abcessit. **C**asu ymo quod verius est dei nutu pomū cū cruce in carbones lapsus est. **P**ost modicū femina reuerſa cū reposituz quēreret nec inueniret. tristis de cruce ignem p̄scrutata est. **E**t ecce pomū vidit in carbonē redactū. zonam vero leuauit intactā. quod p̄ magno miraculo reputans. predicto **J**ohi recitauit. **A**ppollonius. **S**atis est mirabile q̄ idem elementū eodez mo/ mento sic in re diuersa naturam suam mutauit. **C**esarius. **H**oc fieri pro diuersitate meritoz quibusdaz tibi pandaz exemplis.

**Ca. xxxiii**

**B**erhūgus scolastic⁹ **B**ūnen⁹ nup veniens de studio parisiensi hy/ storiā retulit satis mirabilē recentiori tpe illā asserens gestam. fa/

...mā inquit cu  
...lo loquor. **E**  
...les cui de nob  
...liberū est vit  
...tempit q̄ p  
...tas vta qm  
...o sacerdotis  
...q̄ voluptati  
...tis vt em c  
...venate. **A**ra  
...lū. **P**ost hūc  
...m nūc mit  
...puro. **A**d qd̄  
...rebat lubmo  
...ngiens. **S**i  
...o plurimū tu  
...Eccē tali die  
...te. **S**ic illa li  
...bi talia oct  
...era suo p̄p  
...rida cū frat  
...in factū est. **D**  
...ula ipus succ  
...nas vt om̄p  
...cozandos e  
...dixer sentit il  
...vestimenta ei  
...vūa de tā g  
...ū q̄ sandū v  
...aculationis i  
...ū le trānibit

**B**  
...nu  
...fac  
...trānē qui  
...mas erat not

miliã inquit cuiusdã viri nobilis atq; potentis de francia meretrix specio-  
sa sequebat. Cũ qua cũ multi indifferenter peccarēt. Cleric⁹ q̄daz religio-  
sus eiusdē nobilis capellan⁹ de subuersione familie dolens dñm his v̄bis  
alloquit⁹ est dicēs. Om̄is pene familia vestra meretricis hui⁹ otubernio cor-  
rumpit q̄z peccã om̄ia deus de manu vestra requiret. Et hec sciat nobili-  
tas v̄sa. q̄ meo seruitio carebitis si nõ fuerit amota. Mox illa vocat verba  
ei sacerdotis intimantur ad que sic respondit. Dñe ex inuidia loquit⁹ hec  
q̄ voluptati eius cõsentire nolui idcirco me persequit⁹. Illo respondēte mē-  
tiris. vir em̄ castus est. Illa mox subiunxit. Ego celerius faciã vos expiri  
veritatē. Statim accedens ad clericũ sub forma penitentis lachrimis p̄-  
fusa. Post factã cõfessionē adiecit. Dñe tã vehementer de p̄sona v̄sa tẽpta-  
ta sum nisi mihi cõsentiendo ignē a vobis succenũ extinguatis viuere non  
potero. Ad q̄d verbũ cũ se vir iustus signasset. eãq; illa hora verbis quib⁹  
potēat submouissz. sequēti die itez venit. verba iã dicta repetiuit. hoc etiã  
adiiciens. Si nõ feceritis q̄d postulo. ecce me ip̄az interficio. Quo audito  
cũ plurimũ tuncret. nec tñ aliq̄ modo libidini cõsentire p̄poneret respondit  
Ecce tali die tali in loco si volueris tecũ dormiã dũmodo te nõ interfece-  
ris. Sic illa leto animo recedens dñm suũ mox adiit. et q̄z capellan⁹ suus  
sibi talia ac talia p̄misisset. p̄cib⁹ verbis indicauit. Interim clericus sco-  
lari suo p̄cepit vt in designato loco lectũ ex lignis planis cõponeret. ligna  
arida cũ stramine subijceret. deinde linreamē decenter super tēderet. Qd̄  
et factũ est. Die vero statuto venit clericus. venit et mulier. sed clericus sti-  
pula p̄us succensa. lectũ ascendit. illã vt simul ascenderet vocauit. Que flã-  
mas ex om̄i parte cernens exurgere retro cessit. crebriusq; vocata ad tam  
horrendos amplexus venire recusauit. Cleric⁹ vero dei adiut⁹ gratia. nõ  
aliter sensit illũ ignē q̄z ventũ rois flantē. nec est adust⁹ capillus eius neq;  
vestimenta eius in aliquo sũt lesa. Quod vt misera illa vidit territa et ad  
horã de tã grandi miraculo cõpũcta taz dño suo q̄z ceteris publice cõfessa  
est q̄ sanctũ viz sine causa ex solo rancore et inuidia ob vindictã p̄misisse  
accusationis infamassz. Ip̄e vero vir venerabilis nõ ingrãt⁹ deo ad orõi-  
nē se transtulit predicatoz.

Ca. xxxv.

**R**Eferre solet dominus Bernhardus de lippia quãdoq; abbas  
nunc episcopus in Liuonia quoddaz miraculum iam dicto mi-  
raculo p̄orsus contrarium. Noui inquit piscatorem in ep̄aru  
traiectensi qui cũ quadã femina multo tpe fuerat fornicat⁹. Et q̄z ei⁹ p̄cẽm  
nimis erat notoriũ tpe q̄dã in synodo iminẽti accusari timēs dicebat itra

se. **Q**uid nunc facies miser? **S**i hac in synodo de fornicatione accusatus fueris et confessus illam in matrimonio mox ducere cogaris. si autem negaueris candenti ferro quidam amplius confunderis. **S**tatimque ad sacerdotem veniens magis ut post patuit timore pene quam amore iusticie peccatum confessus est consilium quesivit et inuenit. **S**i habes inquit sacerdos firmum propositum nunquam peccandi cum illa candens ferrum secure poteris portare ipsumque peccatum negare. **S**pero autem quod virtus confessionis liberabit te. **Q**uod ita factum est cunctis stupentibus quibus fornicatio innotuerat. **E**cce hic ignis dei potentia sicut in superioribus exemplis contra naturam vim suam restrinxit. **E**t sicut in subsequentibus audies mirabilius contra naturam incanduit. **Q**uid plura? **A**bsoluit homo. post dies plurimos cum alio piscatore officii sui causa in flumine nauigans. cum de omni predicta mulieris vidisset ait alter alteri. **V**alde miro et multi mecum quare te in synodo non inusserit ferrum cum tam manifestum fuisset tuum peccatum. **I**lle de gratia sibi collata indigne gloriatus eo quod iam voluntatem fornicandi cum illa cepisset manu aquam fluminis seu fluminis percussit et ait. **E**cce tantum nocuit mihi ignis ille. **M**ira dei iusticia. qui misericorditer penitentem custodiuit. iuste et miraculose nimis puniuit recidiuantem. **M**ox ut aquam tetigit. candens ei ferrum aqua fuit. quam statim cum clamore valido retrahens pellem dimisit in aqua omnia circa se gesta socio referens sera ductus est penitentia. **N**on discordat ab hoc miraculo quod monachus noster Lambertus recitare solitus est.

**Ca. xxxvi.**

**M**isticus quidam contra alium habens inimicitias cuiusdam maligno homini de ordine viatorum quales multi sunt pecuniam dedit ut domum illius incenderet. quam sub specie religionis intravit et tunc uenienti succendit. **I**mmemor miserum hospitalitatis. **P**ostquam fuisset reedificata accepto precio renouauit incendiium. **T**urbatus homo repetens omnes de quibus suspicionem habuit accusauit qui per candens ferrum se expurgauerunt. **D**enuo domus incensa reedificata est et ferrum idem in angulum eius proiecitur. **Q**uid plura? **V**enit rursum pseudo viator ille antiqua corrupta avaricia humane satis susceptus cum ferrum iam dictum vidisset et usus eius esset interrogasset. **R**espondit ille. nescio quis domum hanc in altera vice succendit et cum de quibusdam habuisset suspicionem candens illud portauerunt sed non sunt exusti. **T**unc ille. **N**on aliquos usus posset auerti. **Q**uod cum nutu dei leuasset sic in manu adustus est ut cum clamore illud iactaret. **Q**uod ubi paterfamilias vidit incendiarium per vestem tenens exclamauit. **V**ere tu reus es. **M**ox ad iudicem ductus culpam vellet nolle confessus est. sicque pena rotali

Distinctio  
 canonicus.  
 Unus hie  
 vero ipse dei  
 militare cap  
 Q  
 a  
 m  
 memie euit  
 es parobu  
 in reuione  
 uas uuas  
 H  
 sta v  
 eatio  
 U  
 Err  
 aus  
 cu n  
 et magna a  
 signu vidit  
 aquilone a  
 et Winand  
 B  
 Err  
 a ce  
 loti et alter  
 tati miracu  
 memini me  
 h oim vide  
 ucha qui p  
 raliu de aer

damnatus. Multa enim huiusmodi miracula inuenies in distinctioe confessionis. Unde his omissis. videam' quid deus miraculorum opatus est in aere. De vero ipse dei filius Ihs visus sit in nubibus celi non tamen in maiestate sed in humilitate exemplis veris tibi potero demonstrare

Cap. xxxvii.

**Q**uam olim oluerus scolasticus cuius verbis hic vtor crucem predicaret in frisia in dyocesi monasteriensi villa bediam. mense maio feri. vi. ante penthecosten. sicut alibi me dixisse memini triplex forma crucis apparuit in aere. vna candida versus aquilonem. alia versus meridiem eiusdem coloris et stematis. tertia medio colore colorata habens crucis patibulum et formam hominis in ea suspensam eleuatis brachijs et extensis cum inflexione in manibus et pedibus et capite inclinato. Hec media fuit inter alias duas in quibus non erat effigies humani corporis

Cap. xxxviii.

**H**ic vice in alio loco in villa frisie soterhusen tempore predicte predicationis crucis apparuit iuxta solem vna crux cerulei coloris

Cap. xxxix.

**T**ertia fuit apparicio in dyocesi traiectensi in villa doteym vbi sanctus bonifacius coronatus fuit martirio. vbi in die martirij eiusdem cum multa milia accessissent ad indictam stationem apparuit crux alba et magna adsi trabs ex transuerso trabis artificialiter disposita fuisse. hoc signum vidimus omnes. verba sunt predicti Oliueri. Mouebatur autem paulatim ab aquilone ad meridiem. huic visioni interfuerunt dominus henricus abbas noster. et Winandus monachus eius et ipsi viderunt.

Cap. xl.

**R**edit mibi quodam femina religiosa hoc anno quod modico tempore ante crucis predicationem in villa que hellendorp dicitur non multum distans a colomia post solis occasum duas cruces viderit in aere. vnam maiorem et alteram minorem quam paulatim ab occidente mouebantur ad orientem. volens tanti miraculi habere testes quodam aduocauit quem et ipsi viderunt. Hic visiones memini me dixisse superius in dist. viij. c. xvij. nec non. xvij. Prio de duobus uersis quod dominum viderunt in aere pendente in cruce. Deinde de rudolpho uerso de Lucka qui christum vidit crucifixum in aere et quoddecim cum eo. Audi adhuc miraculum de aere factum terribile valde.

Ca. xli.

**H**oc anno in saxonis nubes integra de aere cadens inter duo montana. multis tam in corporibus quam in rebus fuit damnosa. Tantis enim aquis abundabat ut monasterium in valle prima situm peruaderet ut omnem in eo animarum viventem ab homine usque ad pecus extingueret. Officinas euertit superfluum deuexit. sepes destruxit. Quinque tamen monachi in turrim fugientes ex omnibus saluati sunt. Vocatur autem idem monasterium Winendenburg et est de ordine nigrorum. Deinde idem torrens intolerabilis impetu suo ciuitatem vicinam inuadens cuius uocabulum est Illere similia ibi operatus est mala. Omnesque ecclesias necnon et omnia ciuitatis habitacula uolenter intrauit homines atque iumenta sumersit. Et quia deo non est cura de bobus sed de hominibus. Magnam atque memoria dignum in suffocatis ostendere dignatus est miraculum. Nam omnes illi qui transacto diluuiio in ecclesiis siue domibus reperiuntur sunt nixu candore nitebantur. Qui autem in theatris siue in tabernis extincti erant carbonibus nigrescentes apparuerunt. Tali enim caractere deus bonos distinguebat a malis.

**A**ppollonius Sicut in hac plaga considero non casu sed dei iusto iudicio flagellamur. **C**esari hoc plene notare poteris in diluuiio frisie in quo amplius quam centum milia hominum simul extincta sunt. ac deinde anno tertio circa quadragintamilia. Tempus et causam eiusdem plage satis expressi in distinctione. vii. ca. iij. **N**ouitius. Videntur mihi diluuium hec particularia celerem iudicis aduentum prenunciare. **M**onachus. Neque est quia eodem tempore impletum pro parte est quod ipse promissit dicens. Erit in terris pressura gentium pro confusione sonitus maris et fluctuum arescentibus hominibus pro timore. Nam sicut mihi retulit abbas sancti bernardi timor tantus erat in frisiam ut singuli singulis momentis mortem suam expectarent et quasi arescerent pro expectatione. In qua tanta facta est pressura populorum ut multi frisiorum prouincias peterent alienas. **N**ouitius. Ego ista nunc temporis intellexi. **M**onachus. Ex quo loqui reperi de aquis ostendere tibi uolo quanta deus miracula etiam nostris temporibus operatus est in illis.

Ca. xliij

**O**desfridus magister nouicioz nostrorum ante conuersionem parochiam quandam regebat. hic cum die quadam puerum baptisaret de cuius latere pendebat caro miri horrozis mox ut infantem in nomine sancte trinitatis tribus vicibus immersum extraxit. monstruosum illud apostema nusquam apparuit. Quo uiso hi qui aderant glorificauerunt deum baptisimi uirtute ubique predicantes

ne a loci habebat in omni reuigari uent qui aut recule mitteretur qui desce ppi plesse te in alijs

C  
mari mee do me im ta iuliet licet omi conleuuii Appollon quib' nec prius tibi adueria q

Q  
uolens mo luo infanti da uauria z



¶ Ca. xliii.

**Q**uando peccatis nostris exigentib⁹ in obsidione **D**amiate xp̄ia/  
 nus exercit⁹ ex parte datus est in man⁹ saracenoꝝ ep̄us beluacē  
 sis duct⁹ est in babilonē captiu⁹ et cū eo multi. **C**ūq; satis huma/  
 ne a soldano tractarent femina quedā pagana ciuis babilonica filium sic  
 habebat infirmū vt nulla spes vite esset in illo. **N**octe quadā ostensū est ei  
 in somnis vt si predict⁹ ep̄us illū baptisaret. mox omnē corpis sospitatem  
 recuparet. **I**lla sollicita de filio mane cū familia ac parentib⁹ ad episcopū  
 venit quid viderit exposuit. baptisari illū humiliter petiuit et obtinuit. **S**i  
 cut retulit henricus miles de olmene qui p̄ns erat. **B**aptisteriū pagani cir  
 cūsteterunt et riserūt. quoz risus versus est in admirationē. nam adolescēs  
 qui desperatus intravit baptisat⁹ sanissim⁹ exiuit. **S**pero qd hodie in fide  
 xp̄i p̄seueret et forte alij eius exemplo crediderūt. **S**ed qd baptismi virtu  
 tē in alijs cōmendo. cū illā mirabiliter satis expert⁹ sum in memet ip̄o.

¶ Ca. xliiii.

**Q**uam adhuc scholaris paruul⁹ tempore quodā laborarē in acu/  
 tis et semel ac secundo post crism̄ recidiuassem contigit vt pu/  
 ella quedā pagana quā matertera mea pecunia cōparauerat  
 baptisaretur. **H**abebat em̄ circa decē annos etatis. **Q**uasū est  
 matri mee vt eodē linteamine quo illa de baptismo exierat adhuc madi/  
 do me inuolueret ⁊ sciret gratiā sanitatis celerius secuturā. **Q**uod cum fa  
 ctū fuisset. attractu illi⁹ aque sacratissime mox in sudorē erupi et conualui.  
**L**icet em̄ baptism⁹ medicina sit anime. multi tñ d̄tu te illi⁹ sanitatē corpoꝝ  
 consecuti sūt sicut legiē de **T**ranquilino et chromacio vrbis p̄fecto. **C**  
**A**ppolloni⁹. **N**ellē aliquod audire miraculū. in aquis simplicibus factum  
 quib⁹ nec cōsecratio nec sacri crismatis infusio tribuit virtutē. **C** **C**esarius  
**P**rius tibi adhuc vnū referā de baptismo cui⁹ virtutē ampli⁹ etiam in re  
 aduersa cōgnosces.

¶ Ca. xlv.

**Q**uando quodam quidam scolares sacerdotum morem imitā/  
 tes in quodam flumine canem sub inuocatione trini nominis  
 baptisauerunt. **C**anis vero virtutem tanti nominis sustinere nō  
 valens. mox illis videntibus versus est in rabiem. **P**ueris vero eo qd gen⁹  
 illud insanissimū sit pepercit sciens nō malicia sed ex stulticia sacramēto fa  
 ctā iniuriā. de aq̄s d̄o simplicib⁹ habes exēplū sup̄. c. xxxv. de piscato ē qd

aqua exussit. **H**abes etiā exemplū aliud in distinctiōne tertia. de homine peccatore ob cuius vicia mare intumuit et post confessionem tranquilluz factum est. **S**imile tibi nunc recitabo de quo satis miraberis

**Ca. xlvj**

**I**n prima expeditione iherosolomitana **R**ichardus rex angloꝝ cum multitudine peregrinoꝝ copiosq; maximis transfretauit. **D**ie quadam circa crepusculū orta est in mari tempestas validissima ita vt naues pcellis scusse et vi ventoꝝ impulse mortem omnib; intentarent. **R**ex vero sicut et ceteri mortem ante oculos habens tota illa nocte clamauit. **Q**uando erit tpus in quo grisei monachi surgere solent ad laudandum deum? **T**anta em̄ bona illis feci, vt non dubitē qn̄ mor vt ceperint p̄ me orare dñs nos respicere debeat. **M**ira fides regis. **D**ñs vero qui dicit. **S**i habueritis fidem sicut granū sinapis dicetis huic monti. transi hinc et transiet. euidenti miraculo fidem iam dicti regis remunerauit. **N**am circa octauā horā noctis tpe matutinali monachoꝝ surgentiuꝝ dñs orationib; excitat; et ipse p̄ potentiaz cōsurgens imperauit ventis et mari et facta est tranquillitas magna ita vt omnes de tam subita maris immutatione mirarent. **R**euersus vero idem rex gratia eiusdem miraculi amplius ordinem honorauit. **Q**uasdā domus elemosinis pitando de nouo alias extruendo. **H**ec de miraculis aquaz dicta sufficiant quia ad miracula terre festino

**Ca. xlvij.**

**I**cetur nostris temporibus impletum quod dñs in euangelio dicit. **S**urget gens contra gentem et regnū aduersus regnū et terremotus magni erunt per loca et pestilencie et fames. terroresq; de celo et signa magna. licet de his aliqua dixerim exempla supradam nunc plura. **N**ostris temporibus gens saracenoꝝ duce saraceno rege syzie surrexit contra gentem xpianoꝝ a quo capta est iherusalē cum terra sancta. **C**ontra quā gentem p̄fidam tres vidim; expeditioes maximas fidelium. **P**rima fuit sub **F**rederico imperatore. **S**ecunda sub **H**enrico filio eius. **T**ertia sub **F**rederico qui hodie imperat. **N**ostris inq; temporibus gens latinoꝝ surrexit contra grecos illoꝝ perfidia puocata. cepitq; constantinopolim et magnam partem grecie. **C**irca eadez tpa manifestari ceperūt hereses albienū. **I**nde zelo fidei turbate sunt gentes catholicoꝝ et inclinata sūt regna vtpote **F**rancie et hyspanie ad illiꝝ destructionē sed nondū est finis. **N**on em̄ taceaz de regnis gentiuꝝ infideliuꝝ q̄nta fuerint bella inter regna fidelia vti regna frācoꝝ aduersum regnum

angloꝝ inter regnū alemānie oꝛta galloꝝ regnū nouim⁹ omnes. **Q**uedā etiā gens anno preterito intrauit regna rutenozꝝ et totam ibidem gentē vnā deleuit. **D**e qua nobis non constat que sit. vnde veniat. vel quo tenat. **D**e pestilencijs ⁊ fame legimus satis non in libris. sed in pressuris nostris. **P**ost mortem predicti henrici imperatoris tanta fames erat vt malvdrū siliginis in alemannia marca coloniensū et in quibusdam pꝛouincijs decez et octo solidis venderetur et ex magnitudine famis populus innummerabilis extinguetet. **D**e terremotib⁹ p loca noua et magna tibi referaz miracula.

**C**a. xlviij.

**I**n anno presenti qui est. **M. cc. xxij.** ab incarnatione dñi sicut narant quidam de eisdem partibus venientes. due ciuitates in cipro a terremotu corruerūt. **I**n vna vero illaz dum episcopus in altari staret missamqꝫ celebraret ecclesia tremefacta cecidit et tam ipm qꝫ reliquū populū extinxit

**C**a. xliij.

**I**n aduentu dñi heretici mediolanenses hereticis qꝫ erant in bꝛixa multa plaustra cū victualib⁹ transmiserūt. **I**n ipa vero die natiuitatis dñi dñs diuina terram ocussit et cadentib⁹ edificijs plus qꝫ xij. milia hominū extinxit. **A**lij fugientes in campū cū audirent clamores morientū nō fuerūt ausi redire in ciuitatē ad illoꝝ succursū. **M**ediolanenses vero ciuitatē suā deserentes plus qꝫ p octo dies in tentorijs habitabāt timore eiusdē terremot⁹. **I**n pꝛgamo in cumis. in venecia. in cipro in papho. et in alijs multis pꝛincijs atqꝫ ciuitatib⁹ eodē tpe multos terrerūt terremot⁹. **D**ec miz. **T**ot turres. tot edificia corruerūt vt nihil aliud nisi finis mūdi videret instare. qd a seculo est inauditū sicut in capite ieuuij magister **O**liuer⁹ pꝛdicauit **C**olonie duo mōtes in papho habētes in se stagnū coierūt ita vt efficerent mons vn⁹. dñs vero terre dñi p montem aque viā prepararet cū tanta vi erupit vt obuiantia queqꝫ deleteret

**C**a. l.

**D**uo inuallo post iā dictū terremotū .i. tertio yd⁹ ianuarij fact⁹ est colonie et circa nou⁹ terremot⁹ tā valid⁹ vt pietes edificioruz ocussi ruinā minarent. **E**adē hora abbas noster in monte sancte Walburgis. erat em̄ añ ortū solis missā celebrās sic ocussus est vt ex eodē motu eccliaz lapsurā et altaē cui astabat a terra deglutiendū eē formidaret **D**einde circa tps duaz ebdomadaz aquēses aliū tremotū senserūt vēti eē tā validissimi his tꝛib⁹ vt nosti fuerūt vt nō modicū nob timorē icuterēt

In hoc eodem anno de quo nunc loquimur contigerunt duo miracula supra dicta scilicet conflagratio theatri et casus nubis et habes capitulo vi cesimooctauo et capitulo quadragesimo secundo

Ca. li

**I**n hac septimana vigiles cuiusdam castri comitis de monte sicut veraciter audiui contra celum respicientes viderunt celum aperi-ri ignemque de ipso exire. qui ad aerem inferiorem descendens ad diuersa loca terribiliter satis ac mirabiliter mouebatur alicuius magne rei esse portentum ostendens. **Appollonius.** Satis me terret horum oratio. **Cesarius.** Adhuc habeo quod tibi dicam de miraculis terre

Ca. lii.

**I**n dyocesi treuerensi villa cuius nomen est Wanebach iuxta ecclesiam eiusdem ville duo homines in argentifodina laborabant. unus inferius. alter vero superius in margine fosse. Interim lateribus fosse collapsis. homo qui in fundo erat molibus terre atque petrarum obruit. superior vero cum illis cadens sic contritus est ut tertia die moreretur. Proximus autem obruti putans eum defunctum missam pro eius anima celebrari fecit. Et quia paupercula erat nec sufficere potuit ad celebrationes missarum singulis diebus in ecclesia coram altari pro remedio anime eius thus incendit. tribus tamen diebus neglectis. Quod cum fecisset per annum integrum homines lucri causa purgare ceperunt fodinam. Cunctis instrumentis suis obruto propinquasset. clamauit ille. **Parcite parcite.** Mas-  
sima sic competentius reuicite ut non obruatis me. Illi primum putantes fantasma esse. cum vocem eius cognouissent fecerunt ut postulauerat. Duda-  
tus autem cum interrogatus fuisset quomodo in tanto tempore viuere potuisset respondit. Singulis diebus tali hora diei quodam odore aroma-  
tico ita sufficienter refectus sum ut tota illa die usque ad eandem horam neque manducare neque bibere delectarer. In hoc toto anno per tres tamen dies eodem carui. et tunc fame pene mortuus fui. Non tamen exprimere potuit virtutem vel causam eiusdem odoris. Proximus eius de hoc requisita mor-  
intellerit quod pro anima eius fecerat ut predictum est omnibus exposuit.  
**Appollonius.** Si spiritualia animabus impensa sic profunt corporibus puto quod illis in penis positus multum possunt prodesse. **Cesarius.** de hoc satis audies in sequentibus. Quantum enim prodest humilibus in sacra-  
mentis ecclesie fides et deuotio. tantum stultis ac superbis eorundem sa-  
cramentorum obest irritatio

Ca liii

**D**eculit mihi abbas Theodericus noster monachus quondam comes in Wieda rem satis mirabilem. Noui inquit in affluentia carnificem quendam hominem in officio suo pbum satis nomine illius exprimens. Hic cum tpe quodam tertia feria ante cineres totam perne noctem in comestationibus expendisset. Mane quasi ad abluendas carnes cum quodam suo collega tabernam intrauit. Cumque ad officium misse pulsaret et fideles ad ecclesiam confluerent necnon ex eadem taberna iamque soli hi duo illic remanentes potarent aut alter carnifici. Certe modo diu nimis expectam eam ergo ad ecclesiam propter sacros cineres. Cui ille misterium cinerum irridendo respondit. Sede. ego tibi dabo cineres et tu mihi. Tollensque cineres de lae iactauit super caput eius. Et ecce mox pena irrisionis subsecuta est. Nam statim circa caput et faciem tantum sensit puluerem ac si follium ei insufflaret. Cumque territus exclamaret. tantum ore cineris hausit ut pene suffocatus fuisset. Accurrerunt multi plagam tam mirabilem videntes. ductus est in primam insulam in qua non puluis sed gramen erat. sed nihil ei profuit. In rheno in pomerio in solario neque in aliquo loco a turbine cinerum se defendere potuit a quibus tandem suffocatus penam irrisionis soluit. Ecce homo de quo super dictum est deuotionis gratia etiam sub terra viuere potuit. hunc in aere iam dicta culpa suffocauit. Duo nunc subiiciam miracula. Primum meruit virtus humilitatis. sequens virtus castitatis

Ca liiii

**H**ardus cuius memini in dist. liij. ca. iij. ouersus fuit in hemme rode. Hic cum esset homo bene natus ut per humilitatem amplius mereret porcos monasterij pascere non desepit imo precibus idem officium obtinuit. Die quadam cum iuxta nemus gregem porcorum pauisset. Vidit ibi duas arbores que de vno trunco processerant. Cui cum vna placuisset. dixissetque in corde suo. de qua quodam ydonea esset hec arbor ad alueos porcorum. mox cecidit ac si securi succisa fuisset. Ecce non oranti sed cogitanti lignum obediuit. Hec de humilitate. Audi aliud miraculum de castitate.

Ca lvi

**H**ardus nouit noster sicut ipse mihi retulit habuit materteram nomine Jutra que ante ouersionem licet corpe fuisset casta gestibus tamen nimis ostendebat leuis ac lasciuia. Erat enim nubilis. hec cum die quadam cum sororibus luderet. germanus eius magne grauitatis clericus affuit. Qui

volens de sororis leuitate filicē solidissimū de flumine tulit et ait. Pri<sup>o</sup> scin-  
det lapis iste in manu mea q̄ soror mea. **I**uxta stabilis fiat ac monialis.  
**D**eus vero vt ostenderet hominē nō esse iudicandū s̄m faciem mox filicē  
in manu eius sciuit. **Q**uod vbi illa cōperit tū verbo fratris tuz miraculo  
lapidis opuncta. nupcijs ac seculo valedixit et in claustrō sanctimonialiū  
cuius vocabulū est bethbue religionis habitū suscepit. eū lapidē vsq; ho-  
die in testimoniū castitatis atq; ouersionis sue reseruans. **H**ec dicta sunt  
de elementis. **P**lacet nūc audire aliquid miraculosi de his que in illis mo-  
uent auib<sup>9</sup> scz piscib<sup>9</sup> animalib<sup>9</sup> ac reptilib<sup>9</sup>. **A**ppolloni<sup>9</sup> placet. **C**e-  
sarius. quod dicturus sū vtz scriptū sit an nō ignoro. **E**go em̄ illud nō di-  
dici ex lectione. sed ex cuiusdā viri religiosi relatione.

**Cap. lvi.**

**D**irona quedā beatū Thomā cantuariensē plurimū diligens.  
assiduis infirmitatib<sup>9</sup> laborabat et cū dolorib<sup>9</sup> ageret. eundez  
martirem his verbis inuocabat. **S**ande inquit Thoma adiu-  
ua me. **H**abebat autē nescio cui<sup>9</sup> generis auiculā que ex assidui-  
tate audiendi eandem absolute satis pferre didicerat orationē. **D**ie que-  
dam milu<sup>9</sup> extra domunculā eā videns rapuit et auolauit. **I**n ipō raptu  
dū vnguib<sup>9</sup> illi<sup>9</sup> auis pmeret cūctis qui aderāt audientib<sup>9</sup> clamauit de ae-  
re. **S**ande thoma adiuua me. **U**t autē mirabilis deus martiris sui merita  
gloriosa demōstraret. miluo vt auiculā dimitteret pcepit. **Q**ue statim cuz  
multa alacritate rediit ad dominā et ille rapine sue penā luens mortuus  
cecidit in terram. **A**ppollonius. **Q**uid est q̄ sanctus succurrit periclitan-  
ti auicule et nō egrotanti famule! **C**esarius. qz illa aliā vitam nō habe-  
bat quā ista expectabat. **V**oluit etiā ei ostēdere q̄ dilacio curationis ei<sup>9</sup>  
nō foret ex impotentia sed ex puidencia quia virtus in infirmitate pficit  
**Q**uid aliud miraculum.

**Ca. lvi**

**M**iles quidā Anselmus nomine de villa lifere columbas pimas  
nutrire solebat. dictū est ei qz grauiter nutriendo illas peccaret  
eo q̄ sata et granaria lederent primoz. **D**ie quadā eis ad co-  
medendū annonā p̄iciens cū omnes essent in vnū corā eo con-  
gregate. clara voce cūctis qui aderāt audientib<sup>9</sup> dicebat. **N**os lumbe  
si dei voluntas est vt penes me habitetis manete. **S**inaūt p̄cipio vobis in  
eius nomine vt statim recedatis. **A**d qd̄ verbū mox omnes colūbe simul se  
leuantes simul auolauerunt. neq; vltra reuerse sunt ad illa domicilia.

**A**ppollonius. Quō ibi manere potuerūt extra voluntatem diuinā? **C**esarius. Non fuit dei voluntas vt miles easdem colūbas nutrirēt. nō tñ extra dei voluntatē ibi esse poterāt. voluntas dei potentia eius est. vnde in ps Omnia quecūq; voluit dñs fecit in ce. et in terra &c. Putas deo placere cuz nisl accipitres grues et cetera hmōi aues ad leuitates nutriuntur? Absit. Possunt tñ alique vtputa cyconie ad necessitates a religiosis nutriri siue hospitari. De quibus ppter occasionē miraculū tibi recitabo.

**Ca. lviij**

**A**pod cystericiū vbi caput est ordinis nostri. plurime nidificant cyconie. quod ideo a fratrib' religiosis pmittit' qz p illas nō solū monasteriū sed omnia in circuitu loca ab immūdis vermib' mundantur. Hyeme appropinquante recedūt et tpe certo redeunt. Die quadā cū acies suas ordinassent ad peregrinandū ne hospitalitatis oesse immemores esse viderent. Conuentū qui eadē hora in agro laborabat petētes eūq; crebrius grucillando circūvolantes. omnes in admirationē verterūt ignorantes quid peterent. Ad quos prior. Puto q' licentiā petant recedendi. Eleuansq; manū benedixit eis. Mox mirū in modū cū multa alacritate simul auolantes monachis exeuntib' in viā qui regularem benedictionē accipere siue expectare paruipeūdūt magnā verecundiam incusserūt. **A**ppollonius. Quid dicturi sunt homines rationales dei dono ingrati cū audierint columbas obedire cyconias regraciari. **C**esarius. Hoc est quod dñs p Iheremiā pphetam populo suo israel improperat dicens. Turtur et hyrundo et cyconia custodierunt tempus aduentus sui. populus autē meus non cognouit iudiciū domini dei sui. **A**ppollonius. vbi habitant aues iste in hyeme? **C**esarius. In locis vtiq; calidis.

**Ca. lix**

**S**icut mihi retulit quidā sacerdos pater aliquis familias plurimos habens nidos hyrūdinū in domo sua et hoc ipm de quo tu queris discere desiderans. vnā ex eis cepit cartulā qz verba hec continentē. **H**yrundo. vbi habitas in hyeme pedi eius aligans abire pmisit. Sciebat em̄ expimento qz semp loca necnō et habitacula solita repeterent. Illa cū ceteris in asiam veniens in domo cuiusdam petri nidificauit. In cuius pede cū ppter egressus vel ingressus quotidiana nos pōictaz cartulā otemplaret. Scire volens qd esset auē cepit cartulam legit et amouit alterāq; annedēs tali modo interrogationi rñdit. In asia

in demo petri. Quod cū sup̄dictus paterfamilias in reuersione hyrundi-  
nis sue didicisset. hystoriā hanc p̄ miraculo multis recitauit. De ciconijs  
vero multa admiratione digna recitare tibi possem si non ad altiora festi-  
narem. Masculi suas feminas valde zelant adulteria grauissime vindicāt  
Habēt tñ femine vnū remediū satis miraculosū. Si ante aduentū sui opa-  
ris aquis se immergere potuerit culpā adulterij ille minime agnoscit. sicq̄  
penam mortis euadit.

**Ca. lxx.**

**I**n curia cufusoz militis sicut a quodā religioso viro veracit̄ au-  
diui nidus erat cyconiaz maris scz et femine. Illa absente mascu-  
lo adulteriū admittens frequēter paludi que domui p̄xima erat  
se immerfit. Quod cū miles notasset causam scire volēs fossam sepib⁹ ope-  
riri precepit. Quid plura? Cū illa admissio scelere solitaz aquā peteret. nec  
ei ingressus pateret. interim mas venit crimen agnouit adulteram rostro  
impetiuit. Ad cuius interfectionē cū solus nō sufficeret cū furore auolans  
et post hozaz rediens multis sibi cyconijs associatis in oculis omnium qui  
in curia aderant miserā interfecit. **¶ Nouicius.** Puto istā zelotipiā aliq̄d  
in se otinere sacramenti **¶ Monachus.** Bene putas. Sepe em̄ in scripturis  
deus aibus se cōparat. cui⁹ sponsa anima fidelis est. adulteriū vero om̄e  
peccatū mortale quod ab illo separat et dyabolo coniūgit. aqua baptism⁹  
est et penitentia que semp̄ reiterat et culpam abluit ne deus illam videat  
vel cognoscat ad vindictam. **¶** His dictis pro exemplo. etiam de piscib⁹ qui  
de eodem elemento. id est aqua facti sunt aliquid tibi miraculosi recitabo.

**Ca. lxxi**

**Q**onrad⁹ preposit⁹ s̄cti Severini in colonia. etiā preposit⁹ erat  
Xanten⁹. hic cū tpe quodā ad idez oppidū nauigaret et man⁹  
extra nauim in flumine lauaret. anulus aure⁹ bon⁹ valde ex ei⁹  
digito labens cecidit in rhenū. Anno vero sequēti cū ad iaz di-  
cū oppidū itez iret nauigio circa eundē locū in quo anulū p̄didēat pesca-  
tores obuios habuit a quib⁹ si aliq̄s haberēt pisces captos inquiri prece-  
pit. **¶** R̄sponderūt illi. **¶** Habem⁹ esotū vnū qui preposito xantensi debet quē ven-  
dere nō audem⁹. **¶** Quib⁹ cū dicerēt ecce preposit⁹ p̄ns est. piscē ei obtulerūt  
Quē cū coc⁹ exenterasset anul⁹ p̄fat⁹ in ei⁹ viscerib⁹ est rept⁹. Quē cū cela-  
re nō possz nec vellet preposito eū oñdit. quē ille mox agnouit et nō absq̄  
magno miraculo recepit.

**Cap. lxxij**

Distinctio  
Hic  
pates et  
stare non  
dicentes  
norma est  
tabbus et  
O  
Dimita  
di mir  
pignit annis  
in agro docu  
nungebant e  
to tū corrib⁹  
B  
paria  
fiurat  
etēs eiecerun  
tous lupā ted  
blimodo cū  
tozem alcent  
fodere. Et cū  
solarib⁹ hon  
nimes lupos  
ram sequētib⁹  
tis conarb⁹.  
lop amatoz  
que statim oca  
agnolere po  
st quod sequi  
Omo  
philipp



**S**acerdos quidam et monachus de ordine nigroz anno preterito retulit mihi de aquis et piscibus rem valde miraculosam. In provincia inquit nostra sicut hodie multi sunt testes tpe quoda omnes paludes et fluentia in sanguine versa sunt. quoz amaritudinem cu pisces sustinere non possent relictis aquis arida petiuerunt. Anguille vero sepes ascendentes illisqz inherentes sic sut iuente. Multitudo aut pisciu in aqs mortua est ad instar vnus plage egypti. Aliquid nunc subnciam de anu malibus et bestijs que in terris gradiunt quod miraculosum sit.

**C**Ca lxiij

**D**Im Wilhelmus nouicius noster in prima expeditione Iherosolomitana rediret romam causam ibi tunc recentem audiuit vni multi mirabantur. Bubulcus quidam bubalos iuxta vrbez paueat viginti annis et amplius. Die quadam cum non procul ab pascentibus in agro dormiret quatuor ex eis ducentes frontes quasi ad colloquiuz iungebant et post horam ad suu custodem currentes tu pedibz calcando tu cornibz ventilando eum in frusta diuidentes interfecerunt.

**C**Ca lxiij.

**R**etulit nobis abbas Daniel de lupa rem satis mirabilem. In carpania inquit vbi scolasticus eram scholaribz die quadam licenciati fuerat ire ad siluas. Qui in nemore lupe antz repertiens catulos omnes eiecerunt. quoz pedes vnz bipenni sua amputauit. Quibus recedentibus lupa redijt et vt catuloz pedes precisos vidit recedentes insecuta solummodo est qui hoc egerat nimiu furons impetiuit. Ille vero timens arborem ascendit. Quem cu insequi non posset cepit vnguibus circa radices fodere. Et cu sic non proficeret alios lupos aduocauit. Interim nunciantibz scholaribz homines de villa cu gladijs cuspidibz et baculis ei in auxiliu venientes lupos abegerunt in medio sui illu ducetes. Lupis inuitatis ad horam sequentibz et redeuntibz illa sola perseuerauit vindicare se temptans multis conatibz. Et cu essent proximi ville lupa se periculo dans in ultionem catuloz armatoz custodias irrupit et scholaris gule insiliens ptinus extinxit. que statim occisa est. **A**ppolloni. Satis miror qd scolaresz illu p ceteris agnoscere potuit. **C**esari. Multa huiusmodi sunt dei iudicio ex quibus est quod sequitur.

**C**Ca. lxiij.

**H**omo quoda iuxta aquisgrami tres habuit liberos. **E**o vero tpe qd philippus ibidez coronat' est multi in puincia lupi videbant. **E**x

quibus vnus iam dicti hominis infantem extra domū reperiens rapuit. q̄ collo suo iniiciens siluas petiuit Miles quidā casu p̄ vias equitās miserius infantis post lupū cursitauit eūq; viuū ⁊ incolumē ex dentib' eius concussit. Non multo post idem puer nescio quo dei iudicio a lupo rapit̄ p̄foratur et comedit. Habebat idem infans sorozem maiorem se que cum die quadam missa fuisset in agrum ad hauriendū aquā de fonte. lupo multis videntibus ad illam cucurrit et anteq̄ homines subuenire possent puellam extinxerat intestina eius deuorans. Sic homo ille duobus liberis p̄uatus. cum tpe quodā guerre vxozem cum suppellectili sua in ciuitatē transtulisset tertiū puez ad custodiam domus sue quo ad vsq; reuertere dimisit. Quez reuersus non inuenit nec postea vidit. et verisimile est q̄ a lupo sicut ceteri fuerit raptus atq; suffocatus. Ex quo loquimur de lupis referā ubi de lupo quod nuper audiui vnde satis mirabar.

## Ca. lxi.

**I**uxta villam cuius nomen excidit lupo puellam adultam inuasit dentibus brachiū illius tenens. Quā cū secuz traheret quoties illa clamare cepit clamantē durius pressit et tacenti pepcit. Quid plura? ducta est ab eo in siluaz ad aliū lupū cuius gutturi os fuerat infixū. Qui cū nimis torqueret per os alterius lupi manus puelle in gutture hyantis mittitur a qua os quod inhererat extrahit. Sanatus vero mox cuz suo collega puellā ad villā p̄p̄riā reduxit. Apolloni'. Ego quendā iuuenem vidi qui in infancia a lupis fuerat raptus et vsq; ad adolescentiā educatus. ita vt more lupoꝝ supra manus et pedes currere sciret atq; plulare. Cesarius. Hec de bestijs dicta sint. Nunc vero de vermib' aliqua subiungam sicq; distinctionem concludam.

## Ca. lxiij

**I**n villa carpania dyocesis Colonienfis cuius superius memini. homo quidam fuerat de quo mihi non constat vtrum adhuc viuat religiosus sed cec' Theoderic' nomine agnomēto canter. Hic tēpe quodam iuuentutis sue dū in agro tribulos aridos leuasset bufonez sub eis magnum offendit. Qui cum se contra eum in pedes suos posteriores quasi ad pugnam crexisset. ille iratus arrepto ligno vermem occidit. Mirabilem deum. cum theodericus nihil minimus suspicaretur vidit bufonem exindum sua insequi vestigia. Quem cum denuo transfoisset et multociens pereniando incinerasset non tamen profecit. Nō fuit locus adeo mundus. adeo remotus qui ei ad dormiendum esset tutus. Quodibus per

dicam tunc  
quidam aut  
quod reuocet  
aliquos ad  
bolus equi  
post leuente  
mi paratis.  
vindicant  
mouillet m  
preparato a  
lura ob inia  
ratus est a ro  
milit innocen  
tipis inceder  
sicut Jacobi  
romis. Quāq;  
is peccatore  
netur et igni  
mundis pen  
De luxurios  
olis per dū  
vixit in cū  
abationem.

**I**n be  
satis  
q̄ ad  
post tunc p  
ritatis. die qu  
ad potandum  
one valde terr  
illet cum etia  
exale rimus.  
vellet franger  
his nihil in eo  
vermem horri

clipeum timore illius ad trabem suspendebatur. Cum tempore quodam equitaret cum quodam venatore socio suo ei q3 tanta mirabilia conque-  
rendo recitaret. ecce vermem eundem ille vidit caude equi eius inhecentē  
celeriusq3 ad eum scandentem. Qui mox exclamavit. **C**ave cave. en dyab-  
olus equū tuū ascendit. Mox ille desiliens occidit illum. **P**lio itidem tem-  
pore sedente eo cum socijs suis conspicatur sepe dictū vermē in poste pri-  
mi parietis. **E**cce inquit vbi dyabolus ille. **P**uncq3 ab eo liberabor nisi se  
vindicaerit. Moxq3 nudata coxa sinebat vermē accedere **Q**uem cum mo-  
mordisset mordentez manu iactavit ipm q3 morsū celerius rasorio ad hoc  
preparato abscindēs longius proiecit. Mox mirum in modum ipa preci-  
sura ob infectionem veneni ad instar pugni intumuit et crepuit. **S**icq3 libe-  
ratus est a verme illo immundissimo. **P**ostea idem theodericus a quodā  
militē innocenter exoculatus tante effectus est religiositatis vt semper nu-  
dipes incederet et sic limina beatorū apostolorū **P**etri et **P**auli necnon 7  
sancti **J**acobi apud compostellam multis vicibus frequentaret. **C**apitol-  
lonius. **P**uncq3 audiui talia. **C**esarius. **S**epe per huiusmodi monstra de-  
us peccatores punit. vt nouerint quanta sit in futuro. vbi vermis nō mo-  
rietur et ignis non extinguetur. vanis gulosis necnō et luxuriosis atq3 im-  
mundis pena est preparata. **D**e vanis vt sunt venatores iam dictum est.  
**D**e luxuriosis exemplum habes in vita sancti malachie vbi homo luxuri-  
osus per bufonem fugatus est a femina religiosa. **D**e gulosis memini me  
dixisse in distinctione quarta caplo. lxxxvi. vbi intestina galline versa sunt  
in bufonem. **R**eferam tibi de hoc etiam recens exemplum.

**Ca. lxxviii**

**I**n berge dyocesis Coloniens̄ sacerdos quidam celebrat. **H**omo  
satis mirabilis et gule totus deditus. **N**olo eum nominare spero  
q3 adhuc vitam suam debeat emendare. **H**uic cōsuetudo est tem-  
pore etiuo propter incitamenta gule tñ in phialis bibere id est in ciphis  
vitreis. die quadam phialam suam vino repletam tollens cum nescio cui  
ad potandum illam porrigeret. bufō magnus fundo insedit. de qua visū  
one valde territi mirabant. quomodo corpus tam grande intrare potu-  
isset. cum eidem vasi quod inferius diffundebatur esset collum longum et  
exile nimis. **C**umq3 sacerdos non posset vermem eijcere neque vas  
vellet frangere. in locum vnde illum tulerat reposuit et post horam reuer-  
sus nihil in eo repperit. **N**imirum. liquor ille miraculose conuersus fuerat in  
vermem horridum vt eius exemplo sacerdos abhorreret ebrietatez

**F. a**

## Cap. lxx

**N**on est diu q̄ p̄ huiusmodi vermē deus iudeos qui corpore et cultu omnino immundi sunt miraculose satis osudit. In villa prima que Wintere nominatur. tempore quodam iudei illic commorantes in domo cuiusdam militis quam conduxerant quasdam solennitates celebrabant. Cūq; altare pannis multis ac mundis operuissent. tempore sacrificij vespertini simul intrantes sacerdos ad altare accedens postq; pannos reuoluit sub eis circa mediū altaris maximū bufonē inuenit. Qui cum ex nimio horrore clamasset accurrere iudei accurrerunt et xpiani. nec potuit latere visio tam monstruosa. Plures enī milites et eoz vxores ad spectaculum confluxerant. qui in risum resoluti iudeorum confusionem augmentauerunt. Per quos etiam recitatum est tunc temporis domino gerardo abbati nostro a quo ego audiui. **Appollonius.** Satis delector in huiusmodi miraculis que sunt destructiua erroris atq; vicioꝝ ⁊ quedā incentiua fidei atq; virtutum. **Cesarius.** Proueris etiam vermes venenatos aliquas habere virtutes naturales

## Ca. lxxi

**R**etulit nobis henricus de foresto miles quidaz honestus et verax rem de serpente satis mirabilem. Sarelles inquit quidā iuxta nos anno preterito vulneratus in latere et male sanatus erumpente sanie torquebatur. Die quadaz cum nudato latere super truncum succise arboris se reclinasset vt sanies efflueret. obdormiuit. Interim serpens aduenit et vulnus luit. Expergefactus ille serpentem excussit. Et licet territus fuisset ppter venenum magnum tamen mox sensit remedium. Suasum est ei vt denuo in eodem loco predicto modo colubro copiam sugendi daret forte sanitatem omnino reciperet. quod ita factum est. Sanissimus vero effectus in tantum a serpente cepit diligi vt in aliquo loco dormire non posset quin ad eius lectum veniret. Cuius consortium homo abhorrens pro uinciam mutat interimq; per annum fere dimidiū illum non vidit. Reuersum denuo serpens sequitur. ⁊ cum non posset intrare vbi ille cubabat mane ante hostium repertus est. Suasum est ei vt monstrum occideret. Respondeo dente illo curatozem meum non occidam. Tandem importunitate serpentis exasperatus occidit illum. Sicq; ab eo liberatus est. **Appollonius.** Melior erat serpens iste illo serpente de quo dictuz est in distinctione sexta capitulo. xxij. **Monach.** Ille peccatū marimū puniuit. ad hoc enī creatus fuerat. Quantū serpentes hōib; parcant duob; tibi pandā miraculis

De miraculis  
 Quomodo  
 dicitur super  
 q̄ ab infantem  
 dem serper  
 Simi  
 di no  
 la ap  
 Proueniente  
 sur un vigiti  
 here non pe  
 noluit ei me  
 om̄ vicina p  
 tur vt serpe  
 te serpente  
 est naturalis  
 oculus est. at  
 temporibus  
 me tempus  
 ledetis. qui  
 deo. Memer  
 mur dicente  
 bis domine  
 est per quem  
 nos fit et imp

**Ca. lxxi.**

**M**atrona quedam in flandria sicut nuper audiui a Wigero mona-  
cho vilariensi. cum infantem peperisset circa illius corpusculum ser-  
pens maximus se complicauerat. de quo cum disputatum fuisset  
quomodo foret sine periculo infantis abstrahendus consilio cuiusda gladii  
super eum positus est. Ad cuius frigiditate coluber territus se erexit  
et ab infante cecidit. Qui baptisatus paucos supuixit dies. In orbita eun-  
dem serpentem matrona fertur bibisse.

**Ca. lxxij**

**S**imile pene origit in dyocesi traiedensi in villa dulce. Nutrix alar-  
di nouicij nostri sicut ipse mihi retulit cum quadam die iuxta aluco-  
la apum dormiret ingens serpens per os ventrem illius intrauit.  
Adueniente eius marito vt dormientem excitaret vidit caudam ad men-  
suram digiti eiusdem serpentis adhuc in ore superesse. quem cum retra-  
here non posset illa euigilauit dicens. Valde incōmode soporata sum. et  
noluit ei maritus indicare quod acciderat ne ex ipso timore moreretur erat  
enim vicina partui. Cui a matre cōsilio viri lac et dulcia queqz ministrabā-  
tur vt serpens eisdez potat' quiesceret. In hora vero part' mulier cū infā-  
te serpentem effudit. Quez cum vir extracto gladio expectasset et ille sicut  
est naturaliter prudens ad feminam rediret preoccupatis eius itineribus  
occisus est. adhuc eadem mulier viuit. Si omnia recitare vellem que meis  
temporibus miraculose quasi contra solitum cursum nature facta sunt añ  
me tempus deficeret. qz copia dicendorum. Interim ista teneas. in his de  
lecteris. quia ad ea que magis vtilioza sunt festino. Quia scriptum est de  
deo. Mementote mirabilium eius que fecit. horum que dicta sunt recorde-  
mur dicentes cum ppheta. Tu es deus qui facis mirabilia solus. Non no-  
bis domine non nobis. sed nomini tuo da gloriā. Nomen patris xpūs  
est per quem facta sunt omnia. Cui cum eodem patre et spiritu sancto ho-  
nor sit et imperium per omnia secula seculorum. Amen.

**Explicit decima distinctio.**